

EPISTULA LEONINA

CLXXXVI

HEBDOMADALE
 PERIODICUM LATINĒ SCRIPTUM,
 QUOD ĒDITUR
 E DOMO EDITORIĀ INTERRETTIALI
 CUI NOMEN EST
LEO LATINUS



<http://www.leolatinus.de/>

N.B.! EPISTULAS LEONINAS ACCIPIS GRATIS ET SINE ULLĀ OBLIGATIONE. NAM LEO LATINUS PUTAT HOMINIBUS LATINAM LINGUAM DISCENTIBUS AUT DOCENTIBUS CORDI ESSE VERBA LATINA. SI TAMEN TALES EPISTULAS ACCIPERE NON VIS, RESCRIBE HOC NOBIS: TUM STATIM NOMEN TUUM EX INDICE ACCEPTORUM TOLLEMUS.

HŌC TEMPORE DUO FERĒ MILIA HOMINUM LATINĒ DOCTORUM ACCIPIUNT EPISTULAS LEONINAS ELECTRONICĒ MISSAS. EPISTULAS LEONINAS **I-CLXXXV** INVENIES IN INTERRETI SUB HAC INSCRIPTIONE, QUAE SEQUITUR:

<http://ephemeris.alcuinus.net/leonina/>

MAXIMĒ ID CURAMUS, UT COPIAM VERBORUM LATINORUM CONVENIENTER AUGEAMUS ET TEXTŪS MODERNOS CUIUSVIS ARGUMENTI QUAM OPTIMĒ IN LATINUM SERMONEM CONVERTAMUS.

ROGATUR, UT MANUSCRIPTA MITTANTUR VIĀ ELECTRONICĀ. MENDA SIVE GRAMMATICA SIVE METRICA, QUOAD FIERI POTEST, TACITĒ TOLLUNTUR.

EN HABES EPISTULAM LEONINAM

CENTESIMAM OCTOGESIMAM SEXTAM (186) !

ARGUMENTA

| | |
|---|-------|
| STILUS EST MAGISTER OPTIMUS – NULLA DIES SINE LINEA..... | 03 |
| FABELLA GRIMMIANA: <i>Die Goldkinder</i> | 04-09 |
| VOCABULA COMMUNICATIONIS etc. (I)..... | 10-24 |
| ECHUS VOCES (<i>Blanchard, Knijff, Ciarrocchi, Cristini, Licoppe, Sacré</i>)..... | 25-44 |

LEO LATINUS OMNIBUS HOMINIBUS LATINITATEM AMANTIBUS SAL.PL.DIC.

Cara Lectrix, Cara Lector,

nunc tibi offero Epistulam Leoninam centesimam octogesimam sextam (186). De hac Epistulâ tibi missâ maximê gaudeo, et bene spero tibi quoque eandem gaudio fore!

Huic Epistulae Leoninae insunt duo proverbia eorumque origines; fabella Grimmiana aurea (agitur enim de pueris auratis); prolixus index vocabulorum, qui spectat ad Orbem Pictum opus prolixum, quod sodalibus adivantibus atque faventibus perfectum iri spatio trium annorum bene spero; nonnullae epistulae sodalium, qui sunt veterani Latinitatis vivae optimê meriti ideoque de rebus Latinis scribunt ex abundantiâ cordis.

Denuo cena tibi apposita est opipara: tolle lege fruere!

Medullitus Te salutat


Nicolaus Groß
Sodalis Academiae Latinitati Fovendae



<http://www.leolatinus.com/>

LEO LATINUS

**Senden ex oppidulo Bavariae Suebicae,
Die Dominicâ, 13. m.Ian., a.2019**




STILUS EST MAGISTER DICENDI OPTIMUS NULLA DIES SINE LINEA

Pinxit **Gerrit Dou** (1613–1675): *Vir doctus caulem pennae acuens* (1630–35). Haec pictura invenitur in Museo Neo-Eboracensi, quod appellatur *The Leiden Collection*.

CICERO De oratore I,150 *Stilus optimus et praestantissimus dicendi effector ac magister; neque iniuria; nam si subitam et fortuitam orationem commemoratio et cogitatio facile vincit, hanc ipsam profecto adsidua ac diligens scriptura superabit.* – **NULLA DIES SINE LINEA:** cfr Oleg Nikitinski (qui est persubtilis philologus Moscuensis et Monacensis) <http://www.rhm.uni-koeln.de/142/M-Nikitinski.pdf>; PLINIUS Historia naturalis 35,84 Apelli fuit alioqui perpetua consuetudo numquam tam occupatum *diem* agendi, ut non *lineam* ducendo exerceret artem, quod ab eo in proverbium venit. - cfr ERASMUS Adagia, Chilias 1, Centuria 4, Adagium 12 (= LB II, 156 a-c): *Nullam* hodie *lineam* duxi. – cfr PUBLIUS FAUSTUS ANDRELINI (ca. 1460-1518), Hecatodistichon, Paris 1513, fol.3r: *Nulla dies sine linea:/ Nulla dies abeat quin linea ducta supersit:/ Non decet ignavum praeterisse diem.*

FABELLA GRIMMIANA

Pueri aurati



Aliquando erant vir pauper mulierque pauper; qui homines nihil habebant nisi casam parvam; aegrê victum sibi quaerebant piscibus capiendis et vivebant parcissimê.

Factum autem est, ut vir aliquo die in ripâ sedens reti electo extraheret piscem, qui totus erat aureus. Cum piscem aspectaret valdê stupefactus, is coepit loqui et: »Audi, piscator« inquit, »si me in aquam reieceris, casam tuam parvam faciam castellum magnificum«. Tum piscator respondit: »Quid castellum mihi prodest, nisi habeo, quod comedam?« Tum piscis aureus: »Hoc quoque curabo; nam castello inherit armarium, quod si aperueris, invenies patinas quotlibet cibis pulcherrimis completas«. Deinde vir: »Si res« inquit, »talis est, fieri poterit, ut optatum tuum expleam«. – Denique piscis: »At haec res«, inquit, »non fiet nisi eâ condicione, ne ulli homini in toto mundo cuicumque umquam pandas, unde venerit felicitas tua; de hac re si unum tantum verbum dixeris, omnino nihil accipies, omnia perdes«.

Nunc vir piscem cum mirabilem aquae iniecisset, domum abiit; ubi antea casa eius steterat, nunc stetit magnum castellum. Tum vir oculis



dilatis obstupefactus castellum intravit et conspexit uxorem suam pulchris vestimentis ornatam, in conclavi magnifico sedentem. Quae exhilarata dixit haec: »O marite, quomodo hoc subito factum est? Hoc mihi valdē placet«. Tum vir: »Mihi« inquit »hoc etiam placet; sed etiam vehementer esurio, da mihi aliquid, quod comedam« Tum uxor: »Nullum habeo cibum neque scio, ubi in hac domo novâ aliquid inveniam edule«. – Vir autem: »Hoc« inquit »non est difficile factu. Ibi enim video magnum armarium constitutum, quod fac ut aperias!« In armario aperto apparuerunt placenta, caro, poma, vinum imposita, quae uxori maritoque arriserunt. Tum mulier summē gaudens: »Mi corculum, quid cupis ultra?« Et ambo unā desederunt, comederunt, biberunt. Saturati cum essent, mulier: »Heus marite« inquit, »unde venerunt omnes istae divitiae?« – Tum maritus respondit: »Cave ne hoc ex me quaeras, non mihi licet haec tibi dicere. Si cui hanc rem patefecero, felicitatem nostram perdemus!« – Illa autem: »Bene« inquit, »nisi mihi licet hoc scire, non cupiam scire«. At hoc uxor non serio dixit, nam die noctuque vexabatur cupiditate hanc rem sciendi nec desit maritum vexare, usque dum is impatienter ediceret omnia effecta esse a mirabili pisce aureo, quem cepisset et hac de causâ

liberavisset. Ubi primum hanc rem narravit, castellum pulchrum armario instructum evasit, ut vir uxorque eius denuo sederent in casâ suâ vetulâ piscatoriâ.

Itaque vir non potuit, quin denuo faceret piscaturam suam; sed feliciter accidit, ut iterum caperet piscem aureum. Tum piscis: »Audi« inquit, »si in aquam me reieceris, tibi reddam castellum cum armario ciborum delicatorum pleno; at cave, ne prodas, a quo haec acceperis. Alioquin iterum perdes!« – »Cavebo« piscator respondit piscem in aquam reiciens. Domi nunc pristinâ cum magnificentiâ erat restituta, et mulier felicitate suâ gavisa est; tamen tam curiosa fuit, ut paucis diebus post denuo quaerere inciperet, quomodo hoc factum esset, et quonam modo maritus hoc effecisset. Vir autem aliquamdiu ab eâ rogatus tacuit; at denique tam vehementer iratus est, ut mysterium proderet. Hôc autem momento temporis castellum e conspectu ablatum est et piscator eiusque uxor denuo sederunt in casâ suâ vetulâ. Tum vir: »En nunc« inquit, »vides, quid effeceris: Sumus iacturarii«. Tum mulier: »Vah« inquit »nolo divitias habere, nisi scio, a quo sint allatae; alioquin non sum quieta«.

Vir denuo coepit piscari et aliquanto post factum est, ut piscem aureum tertio ex aquâ traheret. Tum piscis: »Audi« inquit, »bene video fato destinatum esse, ut iterum iterumque incidam in manûs tuas, sume me tecum domum, et disseca me in sex partes, quarum duas da uxori tuae, ut comedat, duas equo tuo, et duas impone humo, ut sint tibi saluti!« Vir autem piscem secum domum tulit fecitque sibi mandata. Deinde factum est, ut ex duabus illis partibus, quae humo erant impositae, crescerent duo lilia aurea et equa pareret duos eculeos aureos et uxor piscatoris pareret duos infantes, qui toti erant aurei.

Iidem infantes cum adolevissent, erant magni et pulchri necnon lilia et equi cum illis adoleverant. Tum pueri: »O pater« inquiunt, »volumus insidere equis nostris aureis, et iter facere in terras longinquas«. Pater autem respondit contristatus: »Quonam modo patiar me vobis profectis nescire, quomodo vos valeatis?« Tum illi: »Tria lilia aurea hîc manebunt, quibus aspectis intelleges, quomodo valeamus; quae si erunt recentia, nos valebimus; si viescerent, nos aegrotabimus; si decident, mortui erimus«.



Deinde fratres abequitaverunt et venerunt ad cauponam, in quâ fuerunt multi homines; qui parvulis aureis conspectis cooperunt ridere et irridere. Cum unus filius audivisset se ab illis irrideri, pudore affectus non iam voluit mundum permigrare, et revertit ad domum patris. Alter autem filius abequitavit et pervenit ad magnam silvam. Cum autem esset in silvam equitaturus, homines dixerunt: »Non consentaneum est, ut equites per istam silvam, nam eadem plena est praedonum, qui vim tibi sunt allaturi, et si viderint te esse auratum necnon equum vestrum, te occident«. At ille nequaquam territus: »Debeo« inquit »et silvam permigrare et permigrabo«. Deinde pelles ursinas sumptas sibi equoque suo induit, ut aurum esset invisibile, et bono animo in silvam equitavit. Aliquatenus cum equitavisset, in fruticetis fremitum audivit auribusque accepit voces inter se colloquentes. Ex unâ parte vocatum est: »Ecce adest aliquis!«, ex alterâ responsum est: »Sine istum evadere, qui est pelle ursinâ indutus¹ et tam pauper tamque egenus quam mus ecclesiasticus. Quid iste nobis proderit!« Ita factum est, ut puer auratus feliciter equitaret per silvam eique nihil mali accideret.

¹ orig. *Bärenhäuter*.

Aliquo die puer auratus vénit in vicum, ubi conspexit puellam tam pulchram, ut idem crederet pulchriorem non esse in mundo. Cum autem tanto esset amore puellae affectus, eam adiit et: »Ex toto animo« inquit, »te amo, visne fieri uxor mea?« – Puer autem etiam puellae tantopere placuit, ut eadem assensa diceret: »Volo fieri uxor tua tibique fidelis esse per totam vitam«. Nunc nuptias unā celebraverunt, et cum modo summē gauderent, pater sponsae domum iit; idem videns filiam nuptias agere miratus dixit: »Ubi est sponsus?« Tum convivae patri puerum auratum monstraverunt, is autem adhuc indutus erat pelle ursinā. Tum pater irā incensus: »Numquam« inquit, »permittam, ut filia mea in matrimonium ducatur a viro pelle ursinā induto!« Tum sponsa patrem obsecrabat, quantum poterat: »At is iuvenis est maritus meus, quem amo ex intimo animo«, usque dum pater placaretur. Tamen idem non desiit deliberare, num gener suus reverā esset mendicus vulgaris pannis indutus, et postridie multo māne surrexit generum aspecturus. At in cubiculo conspexit iuvenem magnificum auratum in lecto cubantem et pelles ursinas pavimento impositas. Tum pater sponsae reversus cogitavit: »Eho quam bene est, quod iam cohibui iram meam, alioquin commisissem facinus pessimum!«

Puer auratus autem somniavit se venari cervum magnificum; itaque māne experrectus sponsae dixit: »Volo exire venatum«. Illa territa rogavit, ut maritus maneret et: »Perfacile fiet« inquit, »ut tibi accidat magnum malum«; sed puer respondit: »Oportet et necesse est me proficisci«. Deinde surrexit et profectus est in silvam, nec mora, cervus formosus constitit ante iuvenem haud aliter ac in somnio viderat. Sclopeto genae apposito iuvenis voluit cervum telo percutere, sed is nimis rapidē prosiluit. Tum cervum per fossas et dumeta persecutus est per totum diem nec defessus est; at vespere bestia e conspectu iuvenis evasit. Puer auratus autem conversus conspexit domunculam, cui insidebat sagana. Tum ianuā pulsatā anicula egressa rogavit: »Quid tu vis tam sero mediā in silvā magnā?« Iuvenis autem: »Nonne vidisti« inquit »quendam cervum?« – »Vidi« illa respondit »istum cervum certē nōvi« et caniculus, qui unā cum aniculā e domunculā venerat, virum allatravit vehementer. Tum is: »Fac ut taceas, male bufo, alioquin te telo occīdam!« – Tum sagana clamavit: »Quid? Tu vis necare catulum meum?« et statim iuvenem mutavit in

lapidem. Ita factum est, ut sponsa iuvenem frustra exspectaret et cogitaret: »Vae mihi, certē id accidit, quod timueram et quo sollicitata eram gravissimē«.



Domi autem frater alter stabat apud lilia aurea, cum subito unum ex iisdem decidit. »Bone Deus« inquit »fratri meo accidit magnum malum, debo proficisci, ut coner eum servare«. Tum pater: »Manē hīc, nam si te quoque perdidero, quidnam faciam?« Filius autem respondit: »Oportet et necesse est me proficisci«. Deinde equum suum aureum ascendit et abequitavit et vēnit in magnam silvam, ubi frater suus iacebat lapis factus. Vetula appellatum etiam voluit magicā vi vincire; at iuvenis non appropinquans: »Telo sclopeti« inquit, »te percutiam, nisi fratrem meum redanimaveris¹«. Tum sagana, quamvis vehementer refragaretur, lapidem digito tetigit; quo mox factum est, ut frater reviviseret. Filii autem aurati gavisi sunt, quod inter se reviderunt, unus alterum osculabatur et amplectebatur; denique silvā relicta unus equitavit ad sponsam suam, alter ad patrem. Tum pater: »Bene scivi fratrem a te redemptum esse, nam lilyum aureum subito

¹ redanimō, -āre TERTULLIANUS, De resurrectione carnis 13 e.al.

resurrexit et perrexit florere». Nunc laetē vixerunt et bene se habuerunt usque ad finem suum.

FABELLAM GRIMMIANAM

C.T. *Die Goldkinder*

IN LATINUM CONVERTIT

LEO LATINUS

VOCABULA COMMUNICATIONIS ET INSTRUMENTORUM GRAPHEICORUM (I)¹

ex Orbe Picto pentaglotto excerpta et Latinê redditâ

CORBEIL, Jean-Claude/ ARCHAMBAULT, Ariane:
PONS Bildwörterbuch Deutsch-Englisch-Französisch-Spanisch-Italienisch.
Stuttgart etc. (Ernst Klett Sprachen) 2003.

In hōc Orbe Picto mirabili 35.000 (triginta quinque milia) notionum imaginibus sunt illustrata et quinque linguis Europaeis denominata: Theodiscâ et Anglicâ et Francogallicâ et Hispanicâ et Italicâ. Nos autem coepimus addere vocabula Latina, quorum hōc loco praebemus partem primam, quae spectat ad astronomiam. Provinciae rerum, quarum imagines et vocabula in Klettiani Orbis Picti paginis 920 (nongentis viginti) inveniuntur, sunt hae quae sequuntur:

**I. ASTRONOMIA – II. TERRA – III. REGNUM PLANTARUM
– IV. REGNUM ANIMALIUM – V. HOMO – VI.
NUTRIMENTA ET INSTRUMENTA COQUINARIA – VII.
DOMESTICA – VIII. PLASSATIO DOMESTICA ET OPERA
HORTULANA – IX. VESTIMENTA – X. INSTRUMENTA
PERSONALIA – XI. ARS ET ARCHITECTURA – XII.
COMMUNICATIO ET INSTRUMENTA GRAPHEICA – XIII.
TRANSPORTUS ET VEHICULA – XIV. ENERGIA – XV.
SCIENTIAE – XVI. ATHLETICA ET LUDICRA.**

Babae, quanta copia! quanta ubertas! quanta multiplicitas! Qui Orbis Pictus etiam lexicographis Latinitatis recentioris est aurifodina et cornu copiae. Nam iidem vocabulis linguarum, praesertim Romanicarum, in eodem indicatis usi saepe perfacile inveniunt vocabulum Latinissimum. En cara Lectrix, care Lector, habeas primam partem huius enchyridii singularis vocabulis Latinis ditificatam.

Nicolaus Groß
LEO LATINUS
<http://www.leolatinus.com/>

¹ cfr EL 163, p.5-8: VOCABULA ARTIUM ET ARCHITECTURAE (VIII) et EL 185, p.21-27 (IX).

| Theodiscê | Anglicê | Franco-gallicê | Hispanicê | Italicê | Latinê |
|-------------------------------------|---------------------------|-----------------------------|-------------------------------|----------------------------------|--|
| p.468 Sprachen der Erde | languages of the world | langues du monde | lenguas del mundo | lingue del mondo | linguae mundī, linguae orbis terrārum |
| wichtigste Sprachgruppen | major language families | grandes familles de langues | grandes familias linguísticas | principali famiglie linguistiche | familiae linguārum p̄rincipālēs |
| afroasiatische Sprachen | Afro-Asiatic languages | langues afro-asiatiques | lenguas afro-asiáticas | lingue afroasiatiche | linguae āfro-asiāticas |
| Arabisch | Arabic | arabe | árabe | arabo | lingua Arabica |
| Hebräisch | Hebrew | hébreu | hebreo | ebraico | lingua Hebraica |
| Aramäisch | Aramaic | araméen | arameo | aramaico | lingua Aramaica |
| Amharisch | Amharic | amharique | amárico | amarico | lingua Amhārica |
| Berbersprache | Berber | berbère | bereber | berbero | lingua Berberica |
| zentralafrikanische Sprachen | Central African languages | langues d'Afrique centrale | lenguas centro-africanas | lingue centrafricane | linguae Āfricae *centrālis |
| Ful, Fulfulde | Fulani | peul | fulani | fulani | lingua *Fulānica |
| Wolof | Wolof | wolof | wolof | wolof | lingua *Volofica |
| Bambara | Bambara | bambara | bambara | bambara | lingua *Bambara |
| Hausa | Hausa | haoussa | hausa | hausa | lingua *Hausa |
| Yoruba | Yoruba | yoruba | yoruba | yoruba | lingua *Ioruba |
| Bantusprachen | Bantu languages | langues bantoues | lenguas bantúes | lingue bantu | linguae *Bantuānae |
| Suaheli | Swahili | swahili | swahili | swahili | lingua *Suahēlica |
| Kirundi | Kirundi | kirundi | kirundi | kirundi | lingua *Cirundica |
| Kinyarwanda | Kinyarwanda | Kinyarwanda | Kinyarwanda | Kinyarwanda | lingua *Ciniarvandica |
| Lingala | Lingala | lingala | lingala | lingala | lingua *Lingālica |
| Zulu | Zulu | zoulou | zulú | zulu | lingua *Zuluāna [https://la.wikipedia.org/wiki/Lingua_Zuluana] |
| sinotibetische Sprachen | Sino-Tibetan languages | langues sino-tibétaines | lenguas chinotibetanas | lingue sinotibetane | linguae *Sīnotibetānae |
| Chinesisch | Chinese | chinois | chino | cinese | lingua *Sīnica, lingua Sērica |
| Thai | Thai | thai | thai | tailandese | lingua *Thailandica |
| Vietnamesisch | Vietnamese | vietnamien | vietnamita | vietnamita | lingua *Annamītica, lingua *Vietnamītica |
| Birmanisch | Burmese | birman | birmano | birmano | lingua *Birmānica [https://la.wikipedia.org/wiki/Lingua_Birmanica] |
| Tibetisch | Tibetan | tibétain | tibetano | tibetano | lingua *Tibētāna [https://it.wikipedia.org/wiki/Lingua_tibetana] |
| Indoeuropäische Sprachen | Indo-European languages | langues indo-européennes | lenguas indoeuropeas | lingue indoeuropee | linguae *indoeuropaeae [Michael Miloslav Hodža, Epigenes Slovenicus. Liber primus: Tentamen orthographiae Slovenicae, p.13: "Lingua slavica... est lingua indoeuropaea..."] linguae *indogermānicae [cfr A. Richardus Fritzsche, Quæstiones de reduplicatione Graeca, p.334 in: Georg Curtius (ed.), Studien zur griechischen und lateinischen Grammatik, tom.6, Leipzig 1873:ne qua sit radix nisi unius syllabæ, qua lege lingua indogermanica imprimis distincta est a multis aliis.] |
| romanische Sprachen | Romance languages | langues romanes | lenguas romances | lingue romanze | linguae *Rōmānicae [https://la.wikipedia.org/wiki/Linguæ_Romanicæ] |

| | | | | | |
|-----------------------|-----------------------|--------------------------|-----------------------|-----------------------|---|
| | | | | | |
| Lateinisch, Latein | Latin | latin | latino | latino | lingua Latīna sermō Latīnus Latīnitās, -ātis f. |
| Französisch | French | français | francés | francese | lingua *Francogallica [2. cfr Christian Adolf Klotz, Acta literaria, tom.5, Altenburgi a.1768, p.444: "Neque ideo refutabimus, quae auctor noster multis verbis celebrat de praestantia, qua lingua Francogallica superet Latinam"] |
| Spanisch | Spanish | espagnol | español | spagnolo | lingua Hispānica |
| Katalanisch | Catalan | catalan | catalán | catalano | lingua Catalānica [cfr Epistola Aquilae Symmachii et Theodosianis ad Ptolemaeum regem Aegypti de Re Accipitaria, Catalanica lingua , Lutetiae 1612] |
| Portugiesisch | Portuguese | portugais | portugués | portoghese | lingua Lūsītāna [cfr OLD 1052, s.v. Lusitanus : "Lusitanis telkis V.MAX.9,1,5; (cerasis) Lusitanis PLIN.Nat. 15.103; Lusitana ...manus SIL.5.335. - cfr Bento Pereira, Ars grammaticae pro lingua lusitana addiscenda Latino idiomate proponitur. Lugduni 1672] |
| Italienisch | Italian | italien | italiano | italiano | lingua *Italiāna [cfr Eusebius Amort (1692-1775), Elementa Juris Canonici Veteris et Moderni, Augustae Vindelicorum 1757, p.21: "Notandum, quod in sacra Rota omnes scripturae distribuuntur in lingua Latina, excepto summario, in quo apponuntur instrumenta, vel alia documenta in Latino idiome, si vero sint Germanice, vel alio idiome, tunc traducenda sunt in linguam latinam, vel Italianam . Dicta testium, quae ut plurimum mittuntur in lingua materna deponentium, traducuntur in linguam Italianam , dummodo testes non deposuerint latinè in processu".] |
| Rumänisch | Romanian | roumain | rumano | rumeno | lingua *Dācorōmāna [cfr Ioan Alexi, Grammatica Daco-Romana sive Valachica, Latinitate donata, aucta ac in hunc ordinem redacta, Viennae 1826, praefatio p.V: "Nihil igitur supererat, quam existentibus duobus mediis addiscendae linguae Daco-Romanae aptissimis, tertium quoque ad eandem normam elaboratum in medium prodeat, scilicet grammatica".] |
| altaische Sprachen | Ural-Altaic languages | langues ouralo-altaïques | lenguas uraloaltaicas | lingue uralo-altaiche | linguae *ūraloaltaicae [cfr http://www.s-u-a.de/ Societas Uralo-Altaica] |
| Japanisch | Japanese | japonais | japonés | giappone | lingua *Iapōnica [cfr Diego Collado, Ars grammaticae Iaponicae linguae, Romae 1632] |
| Koreanisch | Korean | coréen | coreano | coreano | lingua *Coreāna [cfr Henricus Oldenburgius, Acta philosophica Societatis Regiae in Anglia, anni 1669, Amstelodami 1676, Mensis Iulii 1669, p.183, 19 (de Iaponensisbus): "Ipsorum lingua penitus differt a sermone Chinensem; sed eorum sacerdotes & aulici, i.e. eruditi inter ipsos, qui funguntur officiis aulae, intelligunt linguam Chochin-Chinensem , Chinensem, Coreanam , & Nec a dextra sinistrorum, nec a sinistra dextrorum, sed deorsum scribunt".] |
| Mongolisch | Mongolian | mongol | mogol | mongolo | lingua *Mongolica [cfr Johann August Vullers, Lexicon Persico-Latinum etymologicum..., tom.I, Bonnae ad Rhenum 1855, Compendia scribendi: "...m. = lingua mongolica "] |

| | | | | | |
|----------------------|--------------------|---------------------|--------------------|-------------------|---|
| Türkisch | Turkish | turc | turco | turco | lingua *Turcica [cfr Richard Knolles, The Generall Historie of the Turkes..., 2.ed., London, a.1610, p.562: "Ad Calcem tabulae lingua Turcica "] |
| Ungarisch | Hungarian | hongrois | húngaro | ungherese | lingua *Hungarica [cfr B. Komjáthy, Epistulae Pauli lingua Hungarica donatae, Cracow 1533] |
| Finnisch | Finnish | finnois | finlandés | finlandese | lingua *Finnica [cfr Georg Horn, De originibus Americanis libri quattuor, Hagae Comitis 1652, p.166: "Linguae Finnicae & Brasilianaæ affinitas"] |
| Estnisch | Estonian | estonien | estonio | estone | lingua Aestonica lingua Ēstōnica [cfr EUGENIJA ULCINAITĖ, Lietuvių katalikų mokslo akademijos metraštis. T. 30. Vilnius, 2007, p.49: "Joannes Argentus, Giovanni Argenti, 1561–1626) a.1614 , Liber ordinationum, VUB, RS, f.3–2382, 15: „Et quia tantopere necessaria est lingua Lituanica, Lotavica et Aestonica , si quando est aliquis, qui bene linguis illas teneat, aliquid exercitum instituatur". - cfr Ludwik Piechnik, SJ, Rozkwit Akademii Wileńskiej w latach 1600–1655 , Rzym, 1983, p. 212 (Mutius Vitelleschi a.1621): "Academias illas linguarum Livonicae, Estoniae et Lithuaniae a R. V. institutas, spero valde utiles futuras ad Dei gloriam cum salute multarum animarum procuran-da. Quamobrem Reverentia Vestra pergit illas excitare et fovēre".] |
| germanische Sprachen | Germanic languages | langues germaniques | lenguas germánicas | lingue germaniche | linguae Germānicae |
| Englisch | English | anglais | inglés | inglese | lingua +Anglica [cfr Thomas Walsingham, Gesta Abbatum Monasterii Sancti Albani, ed. Thomas Riley, vol.II, A.D. 1290-1349 , London 1867, p.380: "In hujusmodi actibus, continuisque porofectibus, apud Tyne-mutham consummavit Prioris officium novem annis; e quibus, ut praemittitur, tres primos annos, necessarie placitando, transegit in magnis angustis et labore; tres vero medios in studio praedicandi verbum Dei, tam in lingua Anglica quam Latina".] |
| Deutsch | German | allemand | alemán | tedesco | lingua +theodisca [cfr Friedrich Kluge, Etymologisches Wörterbuch der Deutschen Sprache, 21.ed., Berlin/New York 1975, p.129 s.v. deutsch:Karls des Großen Kaplan Wigbold (aus der Gegend von Trier) berichtet dem Papst 786 von einer Synode unter König Offa von Merzien, die Beschlüsse seien verlesen worden <i>tam latine, quam theodisce, quo omnes intelligere possent</i> (Monumenta germanicae historiae, Epistula 4,28)....] |
| Niederländisch | Dutch | néerlandais | holandés | olandese | lingua Batāva [cfr OLD 226, s.v. Batāvus ~a-um : "of or belonging to the Batavi, Batavian. Aurem qui modo non habet Batavam (<i>i.e. barbarian</i>) MART.6.82.6 ; spuma Batava (<i>i.e. a pomade</i>) 8.33.20; agri Batavi TAC.Ann.2.6 ". – cfr Mysteria Hollandica..., a Domino Ioanne ab Oldenbarneveld ...directa, et a Petro Holdero ...fideliter e lingua Batava in Latinam ...translata. Durocortori a.1618.] |
| Dänisch | Danish | danois | danés | danese | lingua +Dānica [cfr Dani m.pl. SERV.Verg.Aen. 8.728 ; Danus m.sg. VEN.FORT.7,7,50; 9,1,75. – cfr Quatuor Evangelia in lingua Danica , cum picturis |

| | | | | | |
|---------------------------|--------------------------------|-------------------|-------------------------------|------------------------------------|---|
| | | | | | deduratis, liber quandam Carbuti regis, Exorcismis sacri ad reddendos agros fertiles... saec.14?] |
| Schwedisch | Swedish | suédois | sueco | svedese | lingua +Suētica [cfr Gambla Svea och Götha Måles Fatebur i.e. Conditorium <i>linguae Sueticae</i> sive Lexicon vocabulorum gothicorum antiquorum. Holmiae 1643] |
| Norwegisch | Norwegian | norvégien | noruego | norvegese | lingua +Norvēgica [cfr Historia duorum regum Hedini et Hugonis, Jón Guðmundsson ex antiqua lingua norvegica a.1697] |
| Isländisch | Icelandic | islandais | islandés | islandese | lingua +Islandica [cfr Johann Georg Wachter, Glossarium Germanicum, Lipsiae 1737, col.71, s.v. Arimanni: „...Lingua Islandica armadur est vilicus, praefectus anonaec...“] |
| Jiddisch | Yiddish | yiddish | yidish | yiddish | lingua +Iiddica [cfr https://www.hs-augsburg.de/~harsch/iiddica/ Indeks/y_indeks.html: Bibliotheca Iiddica] lingua *Iudeo-germānica [cfr https://la.wikipedia.org/wiki/Lingua_Iudeo-Germanica] |
| keltische Sprachen | Celtic languages | langues celtiques | lenguas célticas | lingue celtiche | linguae Celticae |
| Bretonisch | Breton | breton | bretón | bretone | lingua Armoricāna [cfr Andreas Guarna Salernitanus, Bellum Grammaticale, Amstelaedami 1654, praef. A 4: “Adeoque prisca illa Gallorum lingua per totam fere Galliam penitus obruta est, in sola nunc Armorica superstes, ubi lingua Armoricana appellatur”.] |
| Walisisch | Welsh | gallois | galés | galles | lingua +Cambrica [https://la.wikipedia.org/wiki/Lingua_Cambrica Giraldus Cambrensis: "adeo ut proverbialiter lingua Cambrica dici soleat <i>Mon mam Cymry</i> , quod Latine sonat Mon mater Cambriae". <i>glamat</i> apud www.philological.bham.ac.uk] lingua +Vallica [cfr "Lingua Britannica seu Wallica": Conradus Gesnerus, <i>Mithridates: de differentiis linguarum</i> (1555); Jerome Megiser, <i>Versiones Precationis Dominicae</i> : Frankfurt 1603, 'Anglo Saxonice, seu lingua Vallica et vetere Britannica'":] |
| Schottisch-Gälisch | Scottish | écossais | escocés | scozzese | lingua Scōtica [cfr https://la.wikipedia.org/wiki/Lingua_Scotica_(Gadelica)] lingua Scōtica +Gadēlica |
| Irisch | Irish | irlandais | irlandés | irlandese | lingua Hibernica [cfr Conradus Gesnerus, <i>Mithridates: de differentiis linguarum</i> (1555) textus f. 49r] |
| isolierte Sprachen | isolated languages | langues isolées | lenguas aisladas | lingue isolate | linguae Insulātae [cfr APUL. De mundo 34 insulatus] |
| Griechisch | Greek | grec | griego | greco ellenico | lingua Graeca |
| Altgriechisch | Ancient Greek, Classical Greek | grec ancien | griego clásico griego antiguo | greco antico | lingua *palaeograeca [cfr https://la.wiktionary.org/wiki/Categoría:Grammatica_Palaeograeca] |
| Neugriechisch | Modern Greek | grec moderne | griego moderno | neoellenico neogreco greco moderno | lingua *neograeca [cfr H. C. Müller, <i>Cobeti de lingua neograeca iudicium epistola critica ad Naberum</i> . Lugduni Batavorum: Brill, 1892] |

| | | | | | |
|--------------------|------------------|----------------|-----------------|--------------|---|
| Albanisch | Albanian | albanais | albanés | albanese | lingua *Albānica [cfr Anastasios Georgiades-Leukias (1773-1853), <i>Refutatio illorum qui putaverunt, scripserunt et typis divulgaverunt quod nemo eorum, qui nunc Graeciam incolant, a veteribus Graecis oriundus est, auctore Anastasio Leukia, Philippopolitano medicinae ac chirurgiae doctore, ...a quo etiam in lingua Latinam translata est.</i> Athenis 1843, p.51: "numquam eos audivi linguam Albanicam loquentes". - cfr https://la.wikipedia.org/wiki/Lingua_Albanica] |
| Armenisch | Armenian | arménien | armeno | armeno | lingua Armeniaca [cfr Varro, <i>De lingua Latina</i> 5.100. Aliter <i>Armenica</i> : Conradus Gesnerus, <i>Mithridates: de differentiis linguarum</i> (1555) textus f. 10r; Athanasius Kircherus, <i>Turris Babel, sive Archontologia</i> (Amstelodami: Jansson-Waesberge, 1679) textus pp. 204–205; sive <i>Armeniaca</i> : Ioannes Stephanus Duranus, <i>Quaestiones notatissimae in utroque jure decisae</i> (1621), p. 148.] |
| slawische Sprachen | Slavic languages | langues slaves | lenguas eslavas | lingue slave | linguae *Slāvicae [cfr Joseph Dobrovský, <i>Institutiones linguae Slavicae dialecti veteris</i> , Vindobonae 1822. – cfr https://la.wikipedia.org/wiki/Linguae_Slavicae] |
| Tschechisch | Czech | tchèque | checho | ceco | lingua +Bohema lingua +Bohemica [cfr Lexicon Bohemo-Latinum . Quitt, Zd., et P. Kucharský. 1992. Lexicon Bohemo-Latinum voces antiquae et recentioris Latinitatis continens. Ed. 1a. Pragae: Publica domus editoria paedagogica Pragae. 901 pp. - Lexicon Latino-Boemicum . Pražák, J. M., Fr. Novotný, et J. Sedláček. 1937. Latinsko-český slovník k potřebě gymnasií a reálných gymnasií. Ed. 10a. Pragae: Československá grafická unie. 1348 pp.] |
| Slowakisch | Slovak | slovaque | eslovaco | slovacco | lingua +Slovaca [https://la.wikipedia.org/wiki/Lingua_Slovaca] |
| Polnisch | Polish | Polonais | polaco | polacco | lingua +Polônica [Conradus Gesnerus, <i>Mithridates: de differentiis linguarum</i> (1555) textus ff. 52r-56r; Athanasius Kircherus, <i>Turris Babel, sive Archontologia</i> (Amstelodami: Jansson-Waesberge, 1679) textus pp. 215-216] |
| Russisch | | | | | lingua Russica ["lingua Russica": C.G. Anton, <i>De lingua Russica ex eadem cum Samsordamica matre orientali prognata; Status Ecclesiae in Russia;</i> M. Lomonosov, <i>Notae ad responsiones Mulleri;</i> C. G. Sjöstedt, <i>Observationes in doctrinam grammaticorum de formis verborum linguae russicae;</i> Ephemeris: Ucraina turbata. https://la.wikipedia.org/wiki/Lingua_Russica] |
| Ukrainisch | Ukrainian | ukrainien | ucranio | ucraino | lingua *Ucrainica [https://la.wikipedia.org/wiki/Lingua_Ucrainica ; <i>Acta Academiae Velehradensis</i> , vol. VIII, 1912. p. 117; Jiří Marvan, <i>Quo vadis, lingua Ucrainica?</i> , Monash University, 1992] |
| Bulgarisch | Bulgarian | bulgare | búlgaro | bulgaro | lingua +Bulgarica [cfr Johann Mehler, <i>Ursprüngliche, chronologische Geschichte Böhmens</i> , 1.Theil, Prag 1806, p.LXXVI: "Tandem ex vetustissima lingua slavonica prodiit lingua bulgarica ". – cfr https://la.wikipedia.org/wiki/Lingua_Bulgarica] |
| Slowenisch | Slovene | slovène | esloveno | sloveno | lingua Slovēna |

| | | | | | |
|-----------------------------------|-----------------------------|------------------------------|---------------------------------|--------------------------|--|
| | | | | | [cfr Gregorius Dankovsky, Homerus Slavicis dialectis cognata lingua scripsit..fol.II., Posonii 1829, p.IV, *): "Jam Freret (natus 1688, mort.1749) slovenam linguam thracici et graeci sermonis matrem esse judicavit. Oeuvres ed.1796. T.1.“ – cfr https://la.wikipedia.org/wiki/Lingua_Slovena] |
| Serbokroatisch | Serbo-Croat | serbo-croate | serbocroata | serbo-croato | lingua *Serbocroātica [https://la.wikipedia.org/wiki/Lingua_Serbocroatica] |
| baltische Sprachen | Baltic languages | langues baltes | lenguas bálticas | lingue baltiche | linguae *Balticae [cfr Caspar G. Smith, De locis quibusdam grammaticae linguarum Balticarum et Slavicarum, Havniae 1857] |
| Lettisch | Latvian language | Letton | letón | lettone | lingua *Lettōnica [cfr Caspar G. Smith, De locis quibusdam grammaticae linguarum Balticarum et Slavicarum, Havniae 1857, p.61: "...in antiquissimo catechismo Lituanico ab anno 1547 "dawe" (dedit) profertur "dewe", quae forma sola usitata est in lingua Lettonica "] |
| Litauisch | Lithuanian | lituanien | lituano | lituana | lingua *Lituānica [cfr Wilhelm Wissmann/Erich Hoffmann, Thesaurus linguae lituanicae , a.1968] |
| indoarische Sprachen | Indo-Iranian languages | langues indo-iranaises | lenguas indoíranias | lingue indoiraniche | linguae *Indoirānicae [https://la.wikipedia.org/wiki/Linguae_Indoiranicae] |
| Sanskrit | Sanskrit | sanskrit | sánscrito | sanscrito | lingua *sānscrita [cfr Richard Lepsius, De Tabulis Eugubinis, Berolini 1833, p.53, nota] |
| Persisch | Persian | persan | persa | persiano | lingua Persica |
| Urdu | Urdu | ourdou | urdu | urdu | lingua *Hindusthānica [cfr Christian Lassen, Institutiones linguae Pracritiae. Bonnae ad Rhenum 1837, App., p.21: " lingua restat una, quae ad certam provinciam referri non solet, et plerumque (24.) Hindusthanica dicitur" cfr https://la.wikipedia.org/wiki/Lingua_Urdu] |
| Hindi | Hindi | hindi | hindi | hindi | lingua *Hindica [cfr Christian Lassen, Institutiones linguae Pracritiae. Bonnae ad Rhenum 1837, p.385] |
| Baskisch | Basque | basque | lengua vasca. lengua eúscara | basco | lingua *Vascōnica [cfr PAUL.NOL.carm.10,217: vasconicus. cfr Schönenmann, Versuch eines vollständigen Systems der allgemeinen ...Diplomatik., 1.Band, Hamburg 1801, p.275, *): lingua Vasconica - cfr https://la.wikipedia.org/wiki/Lingua_Vasconica] |
| malaipolynesische Sprachen | Malayo-Polynesian languages | langues malayo-polynésiennes | lenguas malayopolinesias | lingue maleo-polinesiane | linguae *Malaio-polynēsiānae [cfr https://la.wikipedia.org/wiki/Linguae_Malayo-Polynesiae and.1: "Haec appellatio a Vicipaediano e lingua indigena in sermonem Latinum conversa est. Extra Vicipaediam huius locutionis testificatio vix inveniri potest.] |
| Indonesisch | Indonesian | indonésien | indonesio | indonesiano | lingua *Indonēsiāna [cfr https://la.wikipedia.org/wiki/Lingua_Indonesiana cfr adiectivum Indonesianus : Tuomo Pekkanen & Reijo Pitkäranta, Lexicon hodiernae |

| | | | | | |
|-----------------------|---------------------------------|--------------------------------|---------------------------------|----------------------------------|---|
| | | | | | Latinitatis Finno-Latino-Finnicum. Societas Litterarum Finnicarum, 2006; Ebbe Vilborg, Norstedts svenska-latinska ordbok. Andra upplagan. Norstedts akademiska förlag, Stockholm, 2009.] |
| Tagalog | | | | | lingua *Tagālica [https://la.wikipedia.org/wiki/Lingua_Tagalog: “Lingua Tagalica vel Sermo Tagalicus”. cfr Bibliotheca Scriptorum Societatis Jesu Supplementa, Supplementum alterum, Romae 1816 , p.3: “De lingua Tagalica, qua utuntur plurimi indigenae Philippinarum”] |
| Malagasy | Malagasy | malgache | malgache | malgascio | lingua *Madagascariēnsis [https://la.wiktionary.org/wiki/Categoria:Lingua_Madagascariensis] |
| Samoanisch | Samoan | samoan | samoano | samoano | lingua *Samoāna [https://la.wikipedia.org/wiki/Lingua_Samoana] |
| Tahitanisch | Tahitian | tahitien | tahitiano | tahitiano | lingua *Tahitiāna [https://la.wikipedia.org/wiki/Lingua_Tahitiana: “Sic e.g. Italiane, cf. :Lingua Tahitiana apud Vicipaediam Italicam”] |
| Hawaiianisch | Hawaiian | hawaïen | hawaiano | hawaiano | lingua *Havaīāna [https://la.wikipedia.org/wiki/Lingua_Havaiana] |
| Maori | Maori | maori | maori | maori | lingua *Maoriāna [https://la.wikipedia.org/wiki/Lingua_Maoriana] |
| ozeanische Sprachen | Oceanian languages | langues d’Océanie | lenguas oceánicas | lingue dell’ Oceania | linguae *Oceāniae [https://la.wikipedia.org/wiki/Categoria:Linguae_Oceaniae] |
| Melanesisch | Melanesian | mélanésien | melanesia | melanesiano | lingua *Melanēsiāna |
| Papuasprachen | Papuan languages | langues papoues | lenguas papúas | lingue papuane | linguae *Papuānae [https://la.wikipedia.org/wiki/Linguae_Papuanae] |
| australische Sprachen | Australian aboriginal languages | langues aborigènes d’Australie | lenguas australianas aborígenas | lingue aborigene dell’ Australia | linguae Aborīginum *Austrāliānae [https://la.wikipedia.org/wiki/Linguae_Australianae] |
| Indianersprachen | Amerindian languages | langues amérindiennes | lenguas amerindias | lingue amerindie | linguae *Amerindicae [2, cfr https://species.wikimedia.org/wiki/Vanessa_amerindica] |
| Inuktikut | Inuktikut | inuktikut | inuktikut | inuktikut | lingua *inucticutiāna (lingua *Esquimēnsium) |
| Cree | Cree | cri | cree | cree | lingua *Criāna [cfr https://la.wikipedia.org/wiki/Cree: “Populus Cree ^[1] est unus ex maximis Americanorum Nativorum/Primarum Nationum nationibus in America Septentrionali versantibus,...1 Linguae Latinae re vera non est huic populo nomen; Francogallice cri dicuntur.”] |
| Montagnais | Montagnais | montagnais | montagnais | montagnais | lingua *Innuāna [cfr https://en.wikipedia.org/wiki/Innu_language: “Innu-aimun or Montagnais is an Algonquian language spoken by over 10,000 Innu ^[3] in Labrador and Quebec in Eastern Canada. It is a member of the Cree–Montagnais–Naskapi dialect continuum and is spoken in various dialects depending on the community.”] |
| Navajo | Navajo | navaho | navajo | navajo | lingua *Navahōnica |
| Nahuatl | Nahuatl | nahuatl | nahuatl | nahuatl | lingua *Nahuatlīca |

| | | | | | |
|--------------------------------|---------------------|--------------------------|----------------------------|-----------------------------|---|
| | | | | | [https://la.wikipedia.org/wiki/Lingua_Asturiana #Versurae: „Asturianus Hispano et intermediario ut aliarum linguarum, speciatim ex America voces venirent usus est. V. gr., Hispano tradita, e Nahuatllica lingua voces venere (cacagüesa, chicolate, tomate), e Quechua (cónedor, llama), e Carribica lingua (caimán, canibal, piragua), et e Aravaucā lingua (iguana, furacán).] |
| Maya | Maya | maya | maya | maya | lingua *Maiāna |
| Ketschua | | | | | lingua *Incaica [cfr https://it.wikipedia.org/wiki/Lingue_quechua: “Fu la lingua ufficiale dell'impero inca...” – cfr *incaicus, -a, -um: ad Incas spectans, e.g. nomina zoologica et botanica: Liolaemus incaicus, Symbolanthus incaicus, Notapictinus incaicus, Hymenocallis incaica] |
| Aimara | Aymara | aymara | aymara | aymara | lingua *Aimarāna |
| Guarani | Guarani | guarani | guarani | guarani | lingua *Guarānica [Philippus Alegambe Bruxellensis: Bibliotheca scriptorum Societatis Jesu post excusum a.1618, Antverpiae a.1643, p.538: “XVI. Grammatica. §1. Praeceptiones variis linguis. Alphonis de Aragona Praecepta Syntaxeos: Vocabularium : De particulis, Linguae Guaranicae ”] |
| p.470 Schreibgeräte | writing instruments | instruments d'écriture | instrumentos para escribir | strumenti scrittori | īstrūmenta scriptōria |
| Federkiel | quill | plume d'oie | pluma de ave | penna d'oca | penna scriptōria |
| römische Metallfeder | Roman metal pen | plume métallique romaine | pluma metálica romana | stilo metallico romano | stilus metallicus Rōmānus |
| Rohrfeder | cane pen | plume creuse de roseau | pluma de caña | calamo vegetale | calamus scriptōrius [CELS.5,28,12] |
| Graphitstift | lead pencil | crayon en plomb | lapiz de grafito | stilo di piombo | stilus *graphīticus [2. Bischoff, Die Lehre von den chemischen Heilmitteln..., Bonn 1831, p.703: „Aethiops graphiticus, (graphitialis?), Graphit-Mohr“] |
| Schreibpinsel | writing brush | pinceau | pincel | pennello per scrivere | pēnicillus scriptōrius |
| Stilus | stylus | stylet | estilo | stilo | stilus Rōmānus |
| Stahlschreibfeder | steel pen | plume métallique | pluma metálica | penna con pennino metallico | penna chalybeia [2. OV.fast.4,405] |
| Binsenstägel | Egyptian reed pen | calame | cálamo egipcio | stilo di canna | calamus Aegyptius [Nova Acta Eruditorum ad annos 1764 et 1765 publicata, Lipsiae 1767, p.86: “Clemens Alexandrinus Strom.V. calatum appellat σχοῖνος, quia calamus Aegyptius est species iunci.”] |
| Marker | marker | marqueur | marcador | evidenziatore | stilus index |
| Druckbleistift | propelling pencil | porte-mine | portaminas | portamine | stilus *bacellātus [] |
| Füllfederhalter | fountain pen | stylo-plume | pluma estilográfica | penna stilografica | *stilographium, -ī n. [Eichenseer, Latein Aktiv, Lateinischer Sprachführer, Berlin u. München 1984, p.21] |
| Tintenraum | barrel | corps | caña | corpo | corpus ātrāmentī |
| Kappe | cap | capuchon | tapa | cappuccio | pīleolus, -ī m. [HOR.ep.1,13,15] |

| | | | | | |
|--------------------------|---------------------|-----------------------|-----------------------|------------------------------|--|
| Feder | nib | plume | punta | pennino | plūma, -ae f. |
| Luftloch | air hole | évent | orificio | occhio | ōrificium, -iī n. [MACROB.sat.7,4,17; APUL.met.11,11] |
| Bleistift | pencil | crayon | lápiz | matita | stilus *graphītīcus [2. Bischoff, Die Lehre von den chemischen Heilmitteln...., Bonn 1831, p.703: „Aethiops graphiticus, (graphitialis?), Graphit-Mohr“] |
| Kugelschreiber | ballpoint pen | stylo-bille | bolígrafo | penna a sfera | stilus *sphaerātūs *sphaeristilus, -ī m. [Eichenseer, Latein Aktiv, Lateinischer Sprachführer, Berlin u. München 1984, p.22] |
| Spitze | point | pointe | punta | punta | apex, -icis m. |
| Feder | spring | ressort | resorte | molla | elatēr, -ēris m. |
| Mine | cartridge | cartouche | carga | cartuccia | embolus, -ī m. |
| Verbindung | joint | joint | unión | raccordo | iūnctūra, -ae f. |
| Druckmechanik | thrust device | dispositif de poussée | mecanismo de empuje | meccanismo a scatto | *mēchanismus pressōrius |
| Druckrohr | thrust tube | tube de poussée | tube de empuje | asta del meccanismo a scatto | tubulus pressōrius |
| Druckknopf | push-button | bouton-poussoir | botón de presión | pulsante | +bōtō pressōrius |
| Clip | clip | agrafe | pinza | fermaglio | *fibicula, -ae f. [cfr *fibicula chartarum Tondini, Latinitas, 62,294] |
| Nachfüllmine | refill | recharge | repuesto | refill | embolus +replēbilis [2. cfr Augustinus Lancellotti, Theotekon sive Deus opifex. a.1639, p.73: „Ad confirmationem dicimus, posse spatium imaginarium eo modo, quo est, dici applicatum Deo, quatenus nimurum est quaedam capacitas corporis replibilis“.] |
| Kugel | ball | bille | bola de rodamiento | sfera | sphaera, -ae f. |
| Farbmasse | ink | encre | tinta | inchiostro | ātrāmentum, -ī n. |
| p.471 Zeitung | newspaper | journal | periódico | giornale | ephemeris, -idis f. ācta diurna n.pl. |
| Boulevardblatt | tabloid | tabloïd | tabloide | tabloid | ephemeris massālis [2. cfr TERT. moles massalis. – cfr OROS.apol..p.628,4 ; 630,1. massa hominum universa.] |
| Literaturbeilage | literary supplement | supplément littéraire | suplemento literario | supplemento letterario | supplēmentum litterātūrae |
| Artikel | article | article | artículo | articolo | symbola, -ae f. |
| Redaktionsteil | section | cahier | sección | inserto | pars redāctionis |
| Zeitungskopf | heading | manchette | cabecera | testata | pars capitālis |
| Titelseite | front page | une | primera plana | prima pagina | pāgina pīma |
| Zeitungsname | name plate | titre du journal | nombre del periódico | nome delle giornale | nōmen ephemeridis |
| Schlagzeile | banner | tribune | grandes titulares | titolo a caratteri cubitali | titulus grandis |
| Titelfoto | front picture | photographie à la une | foto de primera plana | foto in prima pagina | *phōtographēma prīncipāle |
| Bildunterschrift | caption | légende | pie de foto | didascalia | verba subscripta |
| Vortitel | kicker | surtitre | ladillo | occhiello | +supertitulus, -ī m. [cfr DUCANGE tom.6, col.888sq.: “SUPERTITULUS Firminus de mutatione aëris”] |

| | | | | | |
|-------------------------------------|-------------------------------|-------------------------------------|---------------------------------------|--------------------------|--|
| | | | | | cap.1 Haec particula non est nisi supertitulus paginae praecedentis.”] |
| Titelzeile | headline | titre | titular | titolo | titulus, -ī m. |
| Untertitel | deck | sous-titre | subtitulo | sottotitolo | *subtitulus, -ī m. [cfr Leibniz, Philosophische Schriften, tom.I, (1663-1672), Berlin 1990, p.312: “§26. A titulis eorumque dispositione veniamus ad subtitulos . Subtituli autem hi sunt: Forma seu definitio, Subjectum, Causa, Effectus, Contrarium seu destrutivum”] |
| Zwischentitel | subhead | intertitre | intertitulo | testatina | *intertitulus, -ī m. |
| Inhalt | index | sommaire | sumario | indice | index argūmentōrum |
| Zeitschrift | magazine | magazine | revista | rivista | *periodicum, -ī n. |
| farbige Beilage | colour supplement | supplément en couleur | suplemento a color | supplemento a colori | supplémentum colōratum |
| | | | | | |
| Nachrichten | news items | faits divers | sucesos | notizie | nūntiī, -ōrum m.pl. |
| Reportage | column | chronique | columna | articolo di spalla | relatiō, -ōnis f. |
| Kurzmeldungen | shorts | brèves | noticias breves | notizie in breve | nūntiī brevēs |
| Fernsehprogramm | television programme schedule | grille des programmes de télévision | horario de la programación televisiva | programmi televisivi | programma *tēlevīsōrium |
| Restaurantkritik | restaurant review | critique gastro-nomique | reseña gastronómica | recensione gastronomica | existimātiō *gastronomica |
| Quellenangabe | credit line | crédit photographique | fuente de servicio | fonte del servizio | fōns phōtographēmatis |
| Kleinanzeigen | classified advertisements | petites annonces | anuncios por palabras | piccoli annunzi | *praecōniola, -ōrum n.pl. |
| Todesanzeigen | obituary | nécrologie | necrológico | necrologia | praecōnia +obituāria |
| Impressum | masthead | ours | cabecera | testata | sphrāgis, sphrāgīdis f. |
| Anzeige | advertisement | annonce publicitaire | anuncio | insertione pubblicitaria | praecōnium (īnseratum) |
| Spalte | column | colonne | columna | colonna | columna, -ae f. |
| Interview | interview | interview | entrevista | intervista | colloquium interrogātōrium |
| Trennlinie | rule | filet | filete | filetto | līnea disiūncīta |
| Leserbriefe | letters to the editor | courrier des lecteurs | cartas al editor | lettere al direttore | epistulae lēctorūm |
| Zusammenfassung | lead | chapeau | entradiilla | cappello | summārium, -ī n. |
| redaktioneller Beitrag, Leitartikel | editorial | éditorial | editorial | editoriale | symbola *ēditōriālis |
| | | | | | |
| p.472 Typographie | typography | typographie | tipografia | tipografia | *typographia, -ae f. |
| Schriftarten | characters of a font | caractères d'une police | caracteres de una fundición | caratteri di un font | genera typōrum |
| Groteskschrift | sans-serif type | caractère sans empattement | tipo sans serif | carattere senza grazie | typus *ingratiōsus [2. cfr Ann Moss, Renaissance Truth and the Latin Language Turn, Oxford 2003, p.16: “Next comes a list of words to be further derives from <i>gratia</i> , (the noun <i>gratiola</i> , the adjective <i>gratiōsus</i> with its adverbial and comparative forms, the noun <i>gratiōsitas</i> , the opposite <i>ingratiōsus</i> , etc)...”] |
| Serifenschrift | serif type | caractère avec | tipo serif | carattere con | typus gratiōsus |

| | | | | | |
|-----------------------------------|-------------------------|-------------------------|-------------------------|---------------------------|---|
| | | empattement | | grazie | |
| Buchstaben | letters | lettres | letras | lettere | litterae , -ārum f.pl. |
| Ziffern | figures | chiffres | cifras | cifre | +cifrae , -ārum f.pl. |
| Zeichenform | shape of characters | formes des caractères | forma de los caracteres | forma dei caratteri | forma typōrum |
| Majuskel | upper-case | capitale | mayúscula | maiuscolo | typus maiusculus |
| Kapitälchen | small capital | petite capitale | versalita | maiuscoletto | typus capitālis minor |
| Minuskel | lower-case | bas de casse | minúscula | minuscolo | typus minusculus |
| Kursiv | italic | italique | cursiva | corsivo | typus +cursīvus [2. cfr René Hoven, Lexique de la prose Latine de la Renaissance, Leiden/New York/Köln 1994, p.93: cursiu , -ae la cursive (écriture): AMERB.Bon.II, n.766,28 et 35; ap. AMERB.VII, n.3383,16..... cursiu , -a, -um *cursif, italique: ap. ER., Allen XI,n.2945,33; ALCIAT. ap. AMERB.III, n.1330,11".] |
| Schriftstärke | weight | graisse | tamaño | spessore | crassitūdō typī |
| extra mager | extra-light | extra-maigre | extra-fina | molto sottile | permacra [] |
| mager | light | maigre | fina | sottile | macra |
| normal | medium | normal | media | medio | media |
| halbfett | semi-bold | demi-gras | semi-negrita | semi-grassetto | *sēmicrassa |
| fett | bold | gras | negrita | grassetto | crassa |
| doppelfett | black | noir | negro | nero | nigra |
| extrafett | extra-bold | extra-gras | extra-negrita | extra-nero | percrassa |
| Dicke (sic!) | sed width | chasse | espacio | spaziatura | lātitūdō , -inis f. |
| extra schmal | condensed | serré | condensada | ridotta | condēnsa |
| schmal | narrow | étroit | estrecha | piccola | angusta |
| normal | normal | normal | normal | normale | nōrmālis |
| breit | wide | large | ancha | intera | lāta |
| extra breit | extended | étendu | alargada | espansa | extenta |
| Durchschuss | leading | interlignage | interlineado | interlinea | distantia *interlīneāris |
| einfacher Zeilenabstand | simple spacing | interligne simple | | | distantia *interlīneāris simplex |
| Zeilenabstand 1,5 Zeilen | | | | | distantia *interlīneāris dōdrantalis [3. VITR.10,12,19,4; COLUM.5,6,12] |
| doppelter Zeilenabstand | | | | | distantia *interlīneāris duplex |
| Zeichenstellung | position of a character | position d'un caractère | posición de un carácter | posizione di un carattere | positō charactēris |
| tiefgestellt | inferior | indice | subindice | pedice | īnferior |
| hochgestellt | superior | exposant | superíndice | apice | superior |
| p.473 diakritische Zeichen | diacritic symbols | signes diacritiques | signos diacríticos | simboli diacritici | īsigna diacritica |
| Accent grave | grave accent | accent grave | acento grave | accento grave | accentus gravis |
| Umlaut | umlaut | tréma | diéresis | dieresi | trēma , -atis n. |
| Accent aigu | acute accent | accent aigu | acento agudo | accento acuto | accentus acūtus |
| Circumflex | circumflex accent | accent circonflexe | acento circunflejo | accento circonflesso | accentus circumflexus |

| | | | | | |
|----------------------------|------------------------|-----------------------|-------------------------------|------------------------|---|
| Cedille | cedilla | cédille | cedilla | cediglia | uncus *sublitterālis |
| Tilde | tilde | tilde | tilde | tilde | * tilde , -es f. [Aemilius Springhetti , Lexicon linguisticae et philologiae, Roma 1962, p.62,650] |
| Weitere Symbole | miscella-neous | symboles divers | varios | varie | varia sīgna |
| eingetragenes Warenzeichen | registered trademark | marque déposée | marca registrada | marchio registrato | sīgnum (mercātōrium) īscrīptum [Christian Helfer, Lexicon Auxiliare, 3.ed.Saarbrücken 1991, p.606sq. s.v. Warenzeichen: „signum mercatorium, eingetragenes Warenzeichen signum inscriptum; nota inscripta“] |
| Copyright | copyright | copyright | copyright (derechos de autor) | copyright | privilēgium *impressōrium [Christian Helfer, Lexicon Auxiliare, 3.ed.Saarbrücken 1991, p.151 s.v. Copyright: „privilegium *impressorum (18.Jh.; 2.a.1564, Latham 65,238“] |
| Et-Zeichen | ampersand | esperluette | y | e commerciale | ligātūra coniūctīva (&) |
| Apostroph | apostrophe | apostrophe | apóstrofe | apostrofo | apostrophus, -ī f. [DIOMEDES 372,9, e.al.] |
| Satzzeichen | punctuation marks | signes de ponctuation | signos de puntuación | segni di interpunzione | sīgna interpūntiōnis |
| Punkt | full stop | point | punto | punto | pūnctum, -ī n. |
| Strichpunkt | semicolon | point-virgule | punto y coma | punto e virgola | *sēmicōlon, -ī n. [Nathan Chytraeus, Grammatica Latina, Hamburg 1687, p.220] |
| Komma | comma | virgule | coma | virgola | *comma, -atis n. [Aemilius Springhetti , Lexicon linguisticae et philologiae, Roma 1962, p.678] |
| Fortführungsstücke | ellipsis | points de suspension | puntos suspensivos | puntini di sospensione | pūncta *suspenſīva [cfr Boncampagnus de Signa (1165-1240), Palma : »Quid sit punctus suspensivus. Suspensivus est ille, qui virgula scribitur sursum erecta. Unde sensum locutionis denotat incompletum, vel punctus suspensivus est quidam fidelis et preambulus nuntius, qui puncti plani denuntiat adventum. Ideo dixi “fidelis”, quia semper ante punctum planum, quandoque semel, quandoque bis, quandoque ter, quandoque quater, quandoque quinques vel plus, preire consuevit. Et ideo dixi “fidelis”, quia propriis humeris onera portat locutionum, quoque punctus planus ipsas sine gravamine suscipere possit«.] |
| Doppelpunkt | colon | deux-points | dos puntos | due punti | duo pūncta |
| Sternchen | asterisk | astérisque | asterisco | asterisco | *asteriscus, -ī m. |
| Gedankenstrich | dash | tiret | guión large | trattino | interductus, -ūs m. [CIC.or.228; cfr Helfer, Lexicon Auxiliare, Saarbrücken 1991, p.225, s.v.] |
| runde Klammern | parentheses | parenthèses | paréntesis | parentesi tonde | uncīnī rotundī [Helfer, Lexicon Auxiliare, Saarbrücken 1991, p.310, s.v. Klammern] lūnulae, -ārum f.pl. [Helfer, loc.cit.: D. ERASMUS ?] |
| eckige Klammern | square brackets | crochets | corchetes | parentesi quadre | uncīnī angulātī [Helfer, Lexicon Auxiliare, Saarbrücken 1991, p.310, s.v. Klammern] |
| spitze Klammern | pointed brackets angle | chevrons | (signos) antilambdas | parentesi uncinate | uncīnī frāctī [Helfer, Lexicon Auxiliare, Saarbrücken 1991, p.310, s.v. Klammern] |

| | | | | | |
|---------------------------------------|-------------------------------|-------------------------------|----------------------------------|---------------------------------|---|
| | brackets | | | | |
| geschweifte Klammern | braces, curly brackets | accolades | llaves | parentesi graffe | uncīnī ālātī [Helfer, Lexicon Auxiliare, Saarbrücken 1991, p.310, s.v. Klammern] |
| in Klammern | in brackets in parentheses | entre parenthèses | entre paréntesis | fra parentesi | uncīnīs saeptus [Helfer, Lexicon Auxiliare, Saarbrücken 1991, p.310, s.v. Klammern] |
| Schrägstrich | slash | barre oblique | diagonal | barra obliqua | līneola oblīqua |
| Ausrufezeichen | exclamation mark | point d'exclamation | exclamación | punto esclamativo | sīgnūm exclāmātiōnis |
| Fragezeichen | question mark | point d'interrogation | interrogación | punto interrogativo | sīgnūm interrogātiōnis |
| halbe Anführungszeichen | single quotation marks | guillemets | comillas sensillas | cirgolette semplici | sīgna citātiōnis simplicēs |
| Anführungszeichen | quotation marks | guillemets | comillas | virgolette doppie | sīgna citātiōnis duplīcēs |
| Anführungszeichen (französisch) | quotation marks (French) | guillemets | comillas | caporali | sīgna citātiōnis Francogallica |
| p.474 öffentliches Postnetz | public postal network | réseau public postal | red de correos pública | rete publica postale | rēte pūblicum cursuāle |
| Post | post | courrier | correos | posta | cursus pūblicus |
| Briefkasten | postbox | boîte aux lettres | buzón | cassetta delle lettere | arca cursuālis |
| Postauto | postal van | fourgon postal | furgón postal | furgone postale | *autocīnētum cursuāle |
| Postamt | post office | bureau de poste | oficina de correos | ufficio postale | officium cursuāle |
| Vorsortierung | primary sorting | tri primaire | primera clasificación | smistamento primario | *classificātiō prīmāria [1. August Balthasar: Succincta collatio iuris communis cum provinciali Pomeranico ut et Lubecensi qua classificationem creditorum in concursu per tabellas, Gryphiswaldiae 1740] |
| gestempelte Post | cancelled stamped post | courrier oblitéré | correo obliterado | posta annullata | rēs cursuālēs cancellātae/sigillātae/oblitterātae/cancellātae??? |
| nicht gestempelte Post | non-cancelled stamped post | courrier non oblitéré | correo no obliterado | posta non annullata | rēs cursualēs nōn.... |
| Sortierzentrums | distribution centre | centre de tri | centro de clasificación | centro di smistamento | centrum *classificātiōnis |
| optischer Zeichenleser | optical character reader | lecteur optique de caractères | lector óptico de caracteres | lettore ottico di caratteri | lēctrum charactērum |
| regionale Post | regional post | courrier régional | correo regional | posta regionale | cursus pūblicus regiōnalis |
| regionales Verteilzentrum | regional distribution centre | centre de tri régional | centro de clasificación regional | centro di smistamento regionale | centrum *classificationis regiōnale |
| Briefträger | post carrier | facteur | cartero | postino | tabellarius, -i m. |
| Frachtflugzeug | cargo aircraft | avion-cargo | avión postal | cargo | *āeroplanum onerarium |

| | | | | | |
|---|------------------------|--|---|---|--|
| Luftpost | air mail | transport aérien du courrier | correo aéreo | posta aerea | cursus pūblicus āērius |
| internationale Post | international post | courrier international | correo internacional | posta internazionale | cursus pūblicus *internātiōnālis |
| Ortspost | local post | courrier local | correo postal | posta locale | cursus pūblicus *locālis |
| Anlage zur Formattrennung, Ausrichtung und Stempelung | culler-facer-canceller | machine à éliminer, à redresser et à oblitérer | clasificadora-rectificador-franqueadora | macchina di smistamento – posizionamento - annullamento | māchinātio classificandī – rēctificandī - cancellandī [2. cfr Franz A. Maurer, De cauteriis, Monachii 1831, p.7: "Cauteria actualia classificamus in substantialia et non substantialia".] |
| Sortiermaschine | sorting machine | machine à trier | máquina de clasificación | macchina de smistamento | māchīna *classificātiōnis |
| Post | post | courrier | correo | posta | cursus pūblicus [pl.COD.Iust.12,51; (P)Seb.FAESCH: De cursu publico ejusque jure. Basel 1684; (P)J.G.SEGER: De privilegiis cursus publici recte aestimandis. Diss. Leipzig 1768] |
| Briefmarke/ Postwertzeichen | postage stamp | timbre-poste | sello de correos | francobollo | pittacium cursuāle [Bacci, Latinitas 57,35] |
| Brief | letter | lettre | carta | lettera | epistula, -ae f. litterae, -ārum f.pl. |
| Postkarte | postcard | carte postale | postal | cartolina | chartula cursuālis [Bacci, Lexicon vocabulorum, quae difficilior Latine redduntur. 4.4d. Rom 1963, 165] |
| Massenversand | bulk mail | envoi en nombre | correo de masa | posta a tariffa ridotta | missiō massālis (rērum cursuālium) |
| Postanweisung | postal order | mandat-poste | giro postal | vaglia postale | assīgnātio cursualis [Helfer, Lexicon Auxiliare, Saarbrücken 1991, p.429, s.v. Postanweisung] (nummārium) mandātum cursuāle [Eichenseer, Latinitas viva. Pars lexicalis. Saarbrücken 1981, p.429] |
| Postpaket | postal parcel | colis postal | paquete postal | pacco postale | fascis cursuālis [Eichenseer, Latinitas viva. Pars lexicalis. Saarbrücken 1981, p.65] |

Proxima pars inscribitur VOCABULA COMMUNICATORIA
GRAPHEICAQUE (II).

**Haec vocabula communicatoria
excerpsit et in Latinum convertit
Nicolaus Groß
LEO LATINUS**



ECHUS VOCES EPISTULAE

die Mercurii, 09.m.Ian a.2019 h.21:42

Daniel Blanchard cantor Parisinus

Daniel Nicolao sal.

Libenter tecum de verbis aptis inveniendis colloquar si tibi utile erit. Conabor verba quae tibi misi illustrare, vel etiam gallice anglice germanice italiciceque transvertere, hispanicam tamen linguam vix novi.

Usque ad diem 25um hujus mensis Insulis juxta Flandriam tragoediae lyricae canendae causa versabor nec mihi est hic computatrum. Documentum ergo mense februario augebo, et tibi mittam. Exemplum tabulae tuae sequar.

Vale quam optime!

Nicolaus Danieli s.

Gratias plurimas pro nuntio tuo. Utinam cantatio tua insulana succedat tibi quam optime! Augmenta tua documenti mei mense Februario accepturus exspecto animo laeto. Semper vale, Nicolaus Leo Latinus.

die Lunae, 07. m.Ian., a.2019, h.07:17

Jan-Piet Knijff Batavus Neo-Eboracensis

Johannes Leoni s.p.d.

Quod tertiam iam versionem hodie publicasti meam, Leo optime maxime, gratias plurimas tibi ago.

Explicandum mihi fortasse erat de vocabulo *quod cniclum* scripseram. Conatus enim eram invenire versionem Latinam pro eo quod Batavice *knijn* (recte autem *konijn*), qua orthographia (ut ita dicam) ipse auctor usus erat, haud dubie ad imitationem sermonis Amstelodamensis. Fortasse autem nimis fuit obscurum, neque res est magni momenti.

Annus novus, Leo care, ut faustus felix sit tibi imo ex corde exopto. Valeas quam optime.

[Dr Jan-Piet Knijff](#)

Leraar Klassieke talen BC Broekhin & St. Ursula Horn
 MA (klassieke talen), DMA (City U. of New York)
 MMus (Amsterdam), Goethe-Zertifikat C2

Nicolaus Iohanni suo s.

Gratias tibi ago quam plurimas pro votis tuis perhumaniter prolatis. Permittas, quaeso, ut reprobem formam verbi, quod ultiro confinxisti, ut dialectum Amstelodamensem Latino sermone imitareris (*cniclum*, pro *cuniculum*). Memini *Patrem Caelestem* (i.e. *Iosephum Antonium Eichenseer*, magistrum meum Latinê loquendi et scribendi de Latinitate optimê meritum, qui interim iam pridem fatis concessit, olim vituperasse aliquem interpretem, qui studuit versione cuiusdam fabulae franco-canadianae Latinâ imitari dialectum regionis Canadensis eo, quod novas formas Latinas confinxit. P. Caelestis suasit, ut translator quaereret formas secundarias reverâ litteris antiquis traditas. - Haec hactenus. Semper vale et perge narratiunculas Simonis compatriotae tui Latinê reddere. Medullitus te salutat Nicolaus Leo Latinus.

Vittorio Ciarrocchi Italus Pisaurensis

d.Lunae, 07. m.Ian. a.2019, h.16:24

Victorius Nicolao sal. pl. dicit.

Quoniam fausta in annum novum usque ad duodecimum Ianuarii diem ominari licet (hoc enim apud Italos olim dicebatur, quia duodeni menses in anno computantur), occasionem recentissimae epistulae Leoninae n.185 signatae nanciscor, optime Nicolae, ut annum faustum serenumque tibi ex animo exoptem.

Cuius quidem epistulae commercium epistulare, quod te inter et Theodericum Sacré habitum est de novo lexico conficiendo, maximi momenti mihi videtur esse. Tu enim novarum vocum convenienter Latine reddendarum peritissimus es ideoque hic labor tibi erit magno honori et saluberrimo omnibus Latinitatis amantibus emolumento.

Fortasse aliquid iam scis de proximo ALF conventu, qui Romae nisi fallor habebitur. Nihil autem de ipso inveni interretialiter ego; quare gratias tibi in antecessum ago ingentes, si de illius conventus tempore et loco me certiore feceris.

Interea Latinissime valeas.

Vivitur ingenio, cetera mortis erunt (Andreas Vesalius).

Victorius Ciarrocchi, Italus Pisaurensis.

die Lunae, 07.m.Ian., a.2019, h.7:56 PM

Nicolaus Victorio suo sal.pl.dic.

Care Victori,

eo quod verbis effers **inceptum lexicographicum** multum valere, humaniter curas, ut animus meus refocilletur, et efficis, ne pigrescam neve propter magnitudinem operis animum demittam. Est revera permagna copia vocabulorum, quae in Latinum convertere mihi in animo est: insunt enim illi lexico picturato, cui inserere volo nomina Latina (*Visual Dictionary*), quadraginta milia (40.000) notionum et picturarum Latinê denominanda. Dimidiam ferê partem vocabulorum iam collegi vel confinxi; sed non sufficient mera nomina, indicanda sunt (in altero tomo) loci testes et explicaciones ad verba novata spectantes. Tamen facilius est substantiva et adiectiva invenire ad tale **lexicon picturatum** componendum quam componere lexicon generale, cui non sôlum insunt concreta et sensualia, sed etiam multa abstracta, id est a sensibus remota et metaphorica et iuncturæ verbales, quae multo difficilius Latinê redduntur. Itaque mihi persuasum est consentaneum esse, ut labores lexicographicos incohemos **Orbe Picto Sensualium** componendo. Primo tractemus concreta, postea abstracta. Spero hunc Orbem Pictum spatio trium ferê annorum perfici posse. Postea procedamus ad lexicon generale, sed incipiamus lexico minoris amplitudinis componendo, deinde progrediamur paulatim et gradatim ad ampliora - ne iam ante primam publicationem desperemus incepti nimietate depressi. Oportet sat saepe libros publicari sub aegide Academiae. Fiat effectus mutuus: auctoritas librorum augeatur sub aegide Academiae, et Academiae auctoritas augeatur libris publicandis. Quid tibi videtur de hac re?

De proximo conventu ipsius ALF: Nonne accepisti ea quae nobis epistolio electronico scripta sunt a praeside? Propter comitia Europaea Conventus detrusus est ad dies **14 et 15 mensis Iunii**. Fiet Romae in **Academiâ Belgicâ**. Agetur **de Libris colloquiorum Latinis**. Lege epistolium Theoderici:

NVNTIVS

Theodericus Sacré sodalibus ALF s.d.p.

Ad proximas ALF sessiones habendas praestituti erant dies 24 et 25 m. Maii anni 2019. Paulo vero post quam in id biduum Ferias nostras Latinas (ut sic dicam) indiximus, comperimus ipsos eos dies tota fere Europa fore comitiales. Qua de causa coetus nostros detrudendos esse sensimus in biduum quod et nobis et Academiae Belgicae, cuius in aedes convenire soleremus, esset aptum. Poterimus ergo DIEBVS 14 ET 15 MENSIS IVNII ANNI 2019 in auditorium maius Academiae Belgicae congregari. Ibi priore die fiet coetus generalis,

posteriore instituetur conventiculum, cui erit titulus « De libris colloquiorum ». De aliis rebus nonnullis, quae ad ALF referuntur, litteras ad vos mox sum daturus. Interea valete pancratice !

Care Victori, vota tua in annum ineuntem mihi benignê oblata nequaquam retardata libentissimê accepi: plurimas gratias ago tibique singulariter nunc exopto quod iam exoptavi generaliter: utinam sit tibi valetudo prosperrima, procedant properrimê studia tua privata et academica! Medullitus te salutat Nicolaus LEO LATINUS

d.Martis, 08. m.Ian., a.2019, h.08:33 AM

Victorius Nicolao s. p. d.

In primis gratias tibi ago plurimas, optime Nicolae, quod me de proximo ALF conventu certiorem fecisti. Nuntium enim a Theoderico missum numquam acceperam.

Consilia tua ad lexicon conficiendum spectantia probo laudoque praecipue in "lexico minoris amplitudinis componendo", quoniam a 'facilioribus et simplicioribus incipere oportet' ut saepe Caelestis ille admonere solebat.

Ut quacumque ex occasione meam erga te observantiam testari possim, auxilium quaecumque, etsi pro mea mediocritate, tibi libenter feram.

Valeas pancratice.

Die Martis, 08. m.Ian., a.2019, h.11:01 AM

Nicolaus Victorio s.

Gratias tibi ago, quod perhumaniter auxilium mihi praebebas. Occasione datâ, si assensus eris, tecum libenter de quaestiunculis lexicographicis disputabo; si quando vacaveris vocabulis propositis revidendis, gratissimum mihi feceris. Licetne tibi datothecas sive archia (anglicê files) mittere? Vale semper, Nicolaus Leo Latinus.

Die Martis, 08. m.Ian., a.2019, h.11:48 AM

Victorius Nicolao salutem.

Omnia, quae mihi mittenda putaveris, ea libenter legam. Sed propter meam imperitiam interretiale melius fortasse erit si 'vocabula proposita revidenda' modo epistulari missa legere potero. Optime valeas.

Victorius.

die Martis, 08. m.Ian., a.2019, h. 1:18 PM

Nicolaus Victorio s.

Mittam tibi simplicia archia (*files*) systematis *Word* per appendicem, quae facillimē aperire poteris. Ecce exemplum: Aperi appendicem! Vale semper, Nicolaus.

d.Martis, 08. m.Ian. a.2019, h.14:56

Victorius Nicolao salutem.

Appendix aperitur et legi potest. Tantum de vocabulis Italicis et Latinis aliquid - si videbitur - fortasse adnotabo. Quanto autem temporis spatio uti potuero, antequam de adnotatiunculis meis certiorem te faciam? Vale optime.

Victorius.

d. Saturni, 12. m.Ian., a.2019, h.18:21

Marcus Cristini Italus Brixianus (*Brescia*)

Marcus Cristini Nicolao Gross s.p.d.

Care Nicolae,

gratias tibi maximas ago pro epistula tua. Gaudeo, quod libellum meum adtento animo legisti. Mesis scriptorum Latinorum de Bello Mundano quidem multa, paginae autem ad tantam copiam enarrandam paucae! Recte scribis me inscriptionem Latinam qua involucrum ornatum est non explicavisse; silere malui cum de eius origine auctoreque notitiam certam non haberem cumque omnes inscriptiones Latinas eo tempore confectas transcribere, in Italicum sermonem vertere ac explanare mihi ob inopiam spatii non liceret. Plagulis autem iam correctis ac emendatis, domus editoria statuit, ut imago haec in involucro typis pingeretur.

Quod ad milites in fossis vel in castris carmina pangentes attinet, ego quoque arbitror pyrobolis flagrantibus sclopetisque tonantibus versus concinnos elegantesque exarare perdifficile fuisse, at poeta ac historicus Cambrensis Josephus Alfredus Bradney in *Noctibus Flandricis* carmen scripsit, quod *In me ipsum* nuncupatur quodque – ipsissima verba Bradneyana referto – “die Natali Christi, A.S. 1917” litteris mandavit “dum missilia ex tormentis Hunnorum ejecta sono terribili circum cadebant”, ut breviter scripsi pp. 140-141, adn. 324. Tibi libenter paginam *Noctium Flandricarum* luce impressam mitto. Profecto, non hic novus Vergilius resurgit, si verba Ovidiana

paululum mutuari licet, poeta autem videtur cum Musis chalybeia procella saeviente collocutus esse. Insuper Hermannus Weller *Epistulam Castrensem*, qua de otiis militibus gratis in castris post asperrimas pugnas narrat, “anno 1917 in Francogallia” scripsit, ut legitur p. 208 in eius *Carminum Latinorum* editione secunda aucta anno 1946 Tubingae publici iuris facta, de qua pauca scripsi p. 57.

Paginae Voltarii nocturna versandae sunt manu, versandae diurna! Historiam enim et aevi praeteriti et hodierni nemo intellegere potest nisi opiniones utriusque partis audiverit, consideraverit, cribraverit. “Timeo hominem unius libri” saepe dicitur; ego, cum de rebus tam antiquis quam recentioribus agatur, timeo hominem unius fontis...

Labores tuos Leoninos, immo Herculeos, ad *Orbem Pictum* Latinitate tingendum ex animo laudo: opus est novo lexico Latino, quo verba ad vitam hodiernam spectantia eleganter, lepide et – quod maioris est momenti – breviter in Ciceronis sermonem reddantur. His mensibus in dissertationem doctoralem inque negotia alia academica nonnulla incumbo, quibus saepe tempus – proh dolor – aufertur aut surripitur aut excidit, itaque timeo ne mihi nunc facultas desit vocabulorum tam ingentis copiae revisendae, sed tempore aestivo libenter cohortes verborum nonnullas inspiciam. Vocabula de arte textoria legi et paucas minutias in Italicis verbis animadverti, quae fortasse emendatione indigent (*dente d'arresto*; *contromarcia*; *stecche* [sing.: *stecca*]; *manopola di regolazione della temperatura*; *modo manuale* dicitur, elegantius autem *modalità manuale/automatica*). Cum interpretatio *Orbis Picti* Latina erit perfecta, mea quidem sententia, oportebit sodalem aut amicum ex iis regionibus oriundum, ubi cives Theodisce, Anglice, Francogallice, Hispanice Italiceve nunc loquuntur, vocabula sermone ipsi patro scripta legere et, si necesse erit, corrigere, ut lexicon quantum fieri potest emendatum typis tradatur. Si vis, eo tempore verba Italica haud invitus inspiciam.

Cura, ut optime valeas!

Nicolaus Marco Brixiano sodali Latinissimo s.

Care Marce, gratias tibi ago plurimas pro litteris perhumaniter scriptis. Illam inscriptionem saxo Slovenico incisam, quae mihi haud minoris momenti esse videtur – nonne, promotus si eris, symbolâ speciali tractare vis? Invito te, ut eandem publices in Epistulâ Leoninâ.

Porro gaudenter gratias tibi ago, quod paratus es tempore aestivo Orbem Pictum revidere. In promotionem doctoralem tuam ceterosque labores academicos exanclandos tibi exopto optima quaeque: Utinam succedant tibi opera quam felicissime! Quod factum iri non est, quod dubitem; iam pridem enim nôvi, tu quam doctus atque subtilis sis. Medullitus te salutat Nicolaus Leo Latinus.

die 11. m.Maii, a.2018, h.14:54

Nicolaus Franciscae et Gaio Belgis editoribus Melissae sal.pl.dic.

s.v.b.e.e.v.

Cara Francisca, care Gai,

valde spero vos die Saturni bene in patriam reversos esse. Valde gavisus sum vos post tot annos revidentem vobiscum tam iucunde colloquentem. Vivarium Novum revera mihi omnino novum fuit et mirabile; quis non miretur nostra aetate audire studentes ex tot nationibus diversis profluenter loqui Latine? Tamen ea quae Aloisius dicit de Latinitate viva deque vocabulis adhibendis, #<https://www.youtube.com/watch?v=OyhWKTmJBo> DE CAUSIS CORRUPTAE INSTITUTIONIS LATINAE, aliena sunt a sanitate mentis vitaeque realitate. An vos aliter iudicatis? Plurimum gaudeo, care Gai, quod mihi nunc licet tecum cooperari in rebus lexicographicis tractandis. Suspenso animo exspecto ea quae mihi scribitis de vocabulis modo missis ("ORBIS I-IV"). Utinam cooperatio nostra procedat prosperrime! Medullitus vos salutat Nicolaus Groß Leo Latinus

Die Veneris, 18. m.Maii a.2018 h.15:56

Gaius (Guy) Licoppe Belga medicus radiologus emeritus editor periodici, c.t. *Melissa* et Latinitatis vivae defensor optime meritus
Gaius Nicolao optimo s.p.d.

Statim post redditum complures epistulas accepi cottidie, quibus de Academia tractabatur; eis statim erat respondendum, non tamen sine cogitatione vel inquisitione. Additis nonnullis aliis, quae quoque sine mora fuerunt tractanda, intelleges mihi tempus defuisse ad rem tuam,

quae est magni momenti, diligenter examinandam. Nunc tandem tranquillior sum.

Novus es sodalis in Academia, eam ergo nondum bene novisti; utile tibi erit legere crassum librum de Academiae historia, quem conscripsi et ante nonnullos annos divulgavi.

Dicis Praesidem nostrum in hac re esse cunctabundum. Quod spectat ad lexicon neologismorum condendum, est inter nos magna dissensio. Ego volo ipsam Academiam hoc opus suscipere; necessarium enim est ut auctoritatem habeat, atque in Academiae gremio inveniri possunt sodales, tu imprimis, quorum grex rem conficiendam curet. Ille cum vicepraeside potius putat privata incepta esse Academiae auspiciis edenda. Cum surrexisse et magnum opus tuum iam diu incohatum explicavisses, ansam praebuisti eis, qui nolebant Academiam ipsam hoc opus suscipere: fuisti salvator Œdeus ex machina¹; sufficiebat enim tibi gratulari atque te hortari ut in hoc opere operam diligenter dare pergeres, Academiae auspiciis. Facile praesentes huic proposito assensi sunt.

Lexicon, quod Academiae suadebam condendum, oportet, meo sensu, sit instrumentum utile et facile eis, qui Latine de rebus recentioribus scribere cupiunt. In hunc scopum necesse est lexicon ita constituere ut eius accessus detur et Latinus in vernaculum et vernaculus in Latinum. Ad hoc faciendum necessarium est programma informaticum curare conficiendum; tibi subiungo propositum, quod iam ante duos annos ad Consilium Praesidiale misi.

LEXICON NEOLOGISMORUM ab Academia Latinitati Fovendae condendum. - Hoc lexicon conficiatur ad similitudinem programmatis ŒLexilogos¹, quod in Interreti invenitur. Fortasse ipsum programma ŒLexilogos¹ partim adhiberi potest, sed licentia est petenda, quae certe non erit gratuita.

Linguae praebitae:

1. Anglica
2. Francogallica
3. Hispanica
4. Italica

5. Theodisca

Translationes fiant a sermone vernaculo ad linguam Latinam et vice versa. In indice Latino oportet satis spatii dare singulis vocabulis, quia evenit ut plures neologismi adhibeantur ad eandem rem significandam; vocabulum, quod Academia praefert, signandum est, quin etiam vocabulum quod ei taetrum visum est. In electione neologismi praelati tamen cogitandum est de usu iam solito et lectoris facilitate statim intellegendi. Exemplum: vocabulum *Œtelevisio*¹ praferendum esse vocabulo *Œtelehorasis*¹. Origo neologismorum, qui etymologiam Latinam aut Graecam non habent, est explicanda.

Puto lexicon esse gradatim conficiendum in Academiae sede interretiali, ubi iam ab initio accessibile sit. Huiusmodi lexicon prelo vix tradi potest.

Nunc scis quale sit propositum meum; dic, quaeso, quid de eo sentias.

Cura ut valeas.

Die 23. m.Maii, a.2018, h.13:28

Nicolaus Gaio sal.pl.dic.

s.v.b.e.e.v.

Care Gai,

gratias ago pro epistula prolixe perhumaniterque conscripta. Gaudeo, quod nunc tandem coepimus per litteras inter nos colloqui de lexico condendo vel potius de lexicis condendis. Ut statim hoc scias gravissimum: Comprobo et omni laude exorno > propositum tuum lexicographicum. Omnino placent mihi ea, quae proponis de lexico neologismorum per programma computatrale "LEXILOGOS" componendo. Commodissimum est programmate adhibito non solum vernaculo-Latina, sed statim etiam Latino-veracula lemmata habere. Nullo autem modo video, cur huius operis a te propositi incohatio impediatur Orbe Picto a me incohato et una cum te et Andrea Mauroque continuando. Pro certo enim habeo tria genera lexicorum defensoribus Latinitatis vivae esse necessario componenda, quorum uno componendo nequaquam inhibeat compositio aliorum, immo omnia tria inter se mutuo suppleri. Tria genera lexicorum a nobis componenda sunt ea quae sequuntur:

- 1). ORBIS PICTUS MODERNUS HEXAGLOTTUS: Insunt nomina tantum (substantiva et adiectiva, quae illustrantur picturis additis). Addendus est tomus testimoniorum, quia sine locis testibus et explicationibus hoc opus non habet auctoritatem scientificam. Idem est quidem iam valde copiosum (nova editio lexici Klettiani, quo utor, habet quadraginta milia notionum). Tamen pro certo habeo hoc opus multo celerius perfici posse quam duo > lexica sequentia. Nam - primo iam multa vocabula inveni et indicavi (novissima pars, c.t. est "ORBIS V", spectat ad vocabula musicalia), - secundo nomina specialia (quae in lexicis generalibus vix inveniuntur) quinque linguarum iam insunt lexico originali Klettiano ("Bildwörterbuch"); non iam necessarium est eadem conquirere.
- tertio agitur de concretis tantum notionibus (sive de "sensualibus", ut aiebat Comenius), non de abstractis, quae multo difficiliores sunt tractatu.
 - quarto sunt sola nomina singula declinabilia (substantiva et adiectiva), nullae iuncturae verbales, quarum inventio esset multo intricatior.

Itaque puto hoc lexicon - vobis naviter adiuvantibus - perfici posse post tres quattuorve annos. Maximi autem momenti mihi videtur Academiam non semper solum annuntiare magna opera Kalendis Graecis perficienda, sed post spatia temporis breviora in lucem edere posse opera practica, quae ab hominibus Latine loquentibus scribentibusque adhiberi possint. > Auctoritas Academiae magis augebitur lexicis perfectis quam annuntiatis.

- 2). Tamen nullo modo impedimur, ne programmate computatrali adhibito condamus LEXICON NEOLOGISMORUM a te propositum et incipiamus neologismos (et singula vocabula et iuncturas verbales) iam collectos indere novosque quam plurimos colligere. Quae est causa cessandi in hac re? Tu scribis hoc "lexicon esse gradatim conficiendum in Academiae sede interretiali, ubi iam ab initio accessibile fit." Bene, assentior. Quid est causae, cur hoc non fiat? Estne programma illud LEXILOGOS valde pretiosum? Non dubito, quin accessibilitas interretialis iam ab initio omnibus libera sit utilis commodaque.

Puto autem consentaneum esse, ut progrediamur a verbis generalioribus ad specialiora. Primo mihi tractanda esse videntur verba locutionesque maxime necessaria, postea specialiora. Lexicon domus editoriae Langenscheidt (lexicorum peritissimae) omnium minimum (lexicon "universale") theodisco-anglicum habet iam 17.000 (septendecim milia verba locutionesque. Fortasse a tantula copia vocabulorum incohandum est, non statim a lexico maiore. Ceterum tu loqueris de lexico "neologismorum". Nonne utile esset, si cui latine loquenti aut loquenti non iam tribus vel compluribus lexis pervolutandum esset, sed uno solo? Ceterum lexica vernaculo-Latina, quae iam habemus, sunt iam obsoleta, etiam in iis vocabulis indicandis, quae sunt antiqua. Itaque censeo nos egere non solis lexicis neologismorum, quae nihil sint nisi suppletiva, sed lexicis universalibus, ubi omnia vocabula insunt, et antiqua et recentiora et recentissima, et concreta et abstracta, et nomina et iuncturae verbales. Scilicet nos etiam egere Latino-vernaculo lexico, non solum vernaculo-Latino. Si unum genus programmate a te commendato statim converti potest in alterum - quid est causae, cur non utamur hac commoditate technica maxime laudabili?

3). Tertium genus lexici, quod mea quidem sententia nobis necessario componendum est, dicam THESAURUM NEOLATINUM (tale iam annis octogenariis Christianus Helfer nobiscum voluit condere in "Sede operarum neolatino", sed quia defuerunt subsidia materialia, hoc inceptum remansit in forulo reciproco). Quod erit opus omnium amplissimum. Spectat enim ad historiam thesauri verborum neolatini. Id quod sodalis noster Pitkaränta in sessione nobis proposuit, potius spectat ad Thesaurum neolatinum componendum quam ad lexica practica a nobis proposita. In sessione nonnulli videbantur confundere tale lexicon historicum cum pratico ad usum Latinitatis modernum spectantem. Comparari potest cum Thesauri Latinitatis antiquae (qui, ut scis post plus centum annos nondum est perfectus, sed summa cum subtilitate exaratur et omnibus lexicographiae latinae studiosis est utilissimus).

Scilicet verisimile sit neminem qui nunc sodalis Academiae sit, umquam visurum esse Thesaurum neolatinum perfectum - tamen

operae pretium nobis est hoc opus condere et fovere et cooperatores allicere.

Quid censes nunc? Dicis te in rebus lexicographicis iam diutius dissentire a praesidibus. At hoc nondum perspexi: Dicis illos velle edere lexicon solis "sub auspiciis" Academiae, te e contrario velle "Academiam ipsam" edere tale opus. Non intellego, quae sit differentia: Lexicon componitur a paucis tantum Academicis, sed in lucem editur et sumptibus et auctoritate Academiae totius. Nonne sic etiam sentit praeses et vice-praeses noster? Qui nuper epistula ab editoribus Lexici picturati Klettiani petiverunt, ut illi permetterent editionem Orbis picti hexaglotti (cui inessent Latina quoque vocabula). Expectemus, quid Klettiani responsuri sint. In appendice invenies partem Orbis Picti novissimam (ORBIS V), quae spectat ad musicam.

Quidquid inveneris supplendum aut tollendum, scribas mihi. Ceterum dicis te scripsisse de historia Academiae librum crassum. Quem lecturio. Mittas mihi eum, quaeso. Haec hactenus. Responsum tuum, care Gai, exspecto animo suspenso.

Et tu et Francisca valeatis pancratice. Medullitus vos salutat Nicolaus Leo Latinus.

d.Solis, 27. m.Maii, a.2018, h.16:03

Gaius Nicolao optimo s.p.d.

Paululum historiae imprimis necessarium est. Academiae sodalis factus sum anno 2004, cum Tuomo Pekkanen praeses erat. Ille anno 2003 statuit Institutum Studiis Romanis Provehendis relinquere, ubi Academia nata erat et sedem habebat; inde ab eo tempore Academia nullam sedem habet. Bibliotheca et archivum celerrime transferre oportuit in Institutum Pontificium Hispanicum, quod Academiae praebebat refugium temporarium.

Anno 2005 iam non licuit in Instituto Hispanico manere atque oportuit bibliothecam et archivum iterum auferre, at nullus alias locus inventus est. Quam ob rem occasione sessionis eiusdem anni, cum solerem iter Romam autocineto meo vectus facere, Tuomo a me petivit ut archivum auferrem et domi meae servarem. Tunc una cum secretario

Nicolao De Mico omnia collegi, quae ad archivum pertinebant, et abstuli. Archivum adhuc est in subtegulaneo meo.

Coepi archivum inspicere et res miras inveni, unde mihi in mentem venit Academiae historiam conscribere. Una ex his rebus erat epistula praesidis Instituti Studiis Romanis Provehendis, qua significabat, cum Academia sedem suam reliquisset, omnia Instituti vincula cum ea esse erupta.

De hac re monui Tuomonem, addens necessarium esse statutum mutare, cum in vigenti statuto fere in omnibus articulis Institutum esset alicuius momenti. In singulis sessionibus palam repetebam necesse esse statutum mutare. Anno 2010 electus sum in Consilio Praesidiali. Sine mora, favente novo praeside Curtio Smolak, curavi ut statutum mutaretur et in eo aperte diceretur scopum Academiae esse usum linguae Latinae fovere, id quod in priore statuto non inveniebatur.

Ut vides, haec fuit ingens mutatio, qua fieri poterat ut Academiae sodales de lexico neologismorum condendo cogitarent. Hoc efficere conatus sum ab anno 2015, minimo tamen successu.

Hoc anno acroasin feci, qua explicarem lexici condendi necessitatem. Tu tunc primum interfueristi, et audivisti quid de hoc proposito dictum sit. Fuit ergo meus ‘cantus cycni’; 87 annos natus sum et puto me satis pro Academia fecisse; deceptus, anno proximo ad finem mandati mei in Consilio Praesidiali perveniam; aliquid nunc faciant iuniores, si volunt vel possunt.

Nunc tandem ad rem tuam venio; opus ingens iam fecisti, de quo tibi plurimum gratulor. Lexicon conficere est maximum difficileque opus, quare censeo incohandum esse a vocabulis frequentius adhibitis; insuper puto lexicon ad usum commodum Latinorum scriptorum parandum esse. Cura ut valeas.

d.16., m.Dec., a.2018, h.23:00

Prof. Dirk Sacré praeses Academiae Latinitati Fovendae (ALF)

Theodericus Nicolao suo s.d.p. Et ipse in rescribendo tardior esse cogebat, quam volui: tu ignoscet! Gratias autem tibi ago maximas pro litteris tuis, e quibus patet dilucide quo loco res ista habeat: video ergo omnia feliciter procedere, cum tu dies noctesque nisi fallor operibus Latinis insudes! Quid multa? Litterae istae dignae erant admodum quae cognoscerentur a sodalibus ALF. Easdem igitur exscripsi et 'praefatiunculae' meae actorum eorum adiunxi, quae hoc ipso die divulgata sunt in sede nova ALF (quae est in rete mundano): videbis verba tua si adieris academialatinitatifovendae.com et deinde acta conventiculorum consulueris.

Recte autem me monuisti de verbis a te iam congestis fictisve, quae ipse cum quibusdam sodalibus inspicerem et recognoscerem. Paene oblitus eram! Nunc iam repperi ea verba quae ad artem musicam spectant. Ea quam primum perlegam, et velim etiam D. Blanchard, sodali nostro, qui rerum musicarum est peritissimus, tradere perscrutanda. Ceterum eos sodales, quos memorasti, monebo de iisdem verbis sedulo legendis.

Fueruntne praeter eam classem vocabulorum musicorum aliae classes lexicales quarum indices ad me miseras? Nam, si quae fuerunt, non statim eas repperi inter epistulas meas electronicas. Gratum feceris si me monueris.

Reliquum est ut gratias tibi denuo agam maximas plurimasque qui indefessus operi lexicographicō incumbas! Fac optime valeas!

die Martis, 08. m.Ian. a.2019, h.00.24

Nicolaus Theoderico praesidi sal.pl.dic.

Care Theoderice, utinam annum novum incohaveris faustis omnibus! Summas gratias tibi ago, quod in situ Academiae interretiali tam scite atque diserte rettulisti de incepto lexicographicō, cui revera vehementius nunc insudo quam antea. Accepistine Epistulam Leoninam recentissimam (EL 185)? Ibi insunt nova vocabula ad Orbem Pictum pertinentia.

Verum enim vero permagna est copia vocabulorum, quae in Latinum convertere mihi in animo est: insunt illi lexico picturato, cui inserere volo nomina Latina ("Visual Dictionary"), quadraginta milia (40.000) notionum et picturarum Latine denominanda. Dimidiam fere partem

vocabulorum iam collegi vel confinxi; sed non sufficient mera nomina, indicanda sunt (in altero tomo) loci testes et explicationes ad verba novata spectantes.

Tamen facilius est substantiva et adiectiva invenire ad tale **lexicon picturatum** componendum quam componere lexicon generale, cui non solum insunt concreta et sensualia, sed etiam multa abstracta, id est a sensibus remota et metaphorica et iuncturae verbales, quae multo difficilius Latine redduntur. Itaque mihi persuasum est consentaneum esse, ut labores lexicographicos incohemus **Orbe Picto Sensualium** componendo. Primo tractemus concreta, postea abstracta. Spero hunc Orbem Pictum spatio trium fere annorum perfici posse. Postea procedamus ad lexicon generale, sed incipiamus lexico minoris amplitudinis componendo, deinde progrediamur paulatim et gradatim ad ampliora - ne iam ante primam publicationem desperemus incepti nimietate depressi. Oportet sat saepe libros publicari sub aegide Academiae. Fiat effectus mutuus: auctoritas librorum augeatur sub aegide Academiae, et Academiae auctoritas augeatur libris publicandis. Quid tibi videtur de hac re?

Adhuc utor editione Lexici picturati illa vetustiore Klettiana in Germania confecta ("Bildwörterbuch"). Sed haec indicatur 35.000 "tantum" habere vocabula omnis linguae, quarta autem (a.2011 facta, in situ interretiali domus editoriae originalis Quebecianaee indicata: "Visual Dictionary") dicitur habere 40.000. **Licetne mihi hanc editionem copiosissimam emere sumptibus Academiae? Pretium indicatur esse quinquaginta fere dolariorum Americanorum (US\$49.95): <http://www.qa-international.com/books/visual-4th-edition.php>**

Proximis diebus vobis (tibi, Christiano, Andreeae, Gaio, Mauro) mittam datothecas (vel "archia" - ut aiunt Graeci hodierni, "files", ut aiunt Angli) eorum vocabulorum, quae iam collegi vel confinxi.

Praeses honorabilis, care Theoderice, utinam sit tibi valetudo prosperrima, procedant properrime studia tua privata et academica!

Medullitus te salutat Nicolaus Groß LEO LATINUS

die Mercurii, 09. m.Ian., a.2019, h. 09:16

Theodericus Nicolao suo s.d.p.

Gratias singulares tibi ago pro litteris tuis, quibus me de re lexicographica certiorem fecisti! Evidem plane tecum sentio, Orbem Pictum opera tua, iuvante ALF, esse ante alia omnia in lucem edendum: quem librum Latinum utinam multa deinde eiusdem farinae volumina sequantur! Et gratiam tibi habeo, qui huic provinciae strenuus insudes, ita ut et tu nos (Academicos dico) maximopere, et nos te paululum iuvemus: hoc est, quod aiunt, sociare operam! De opere isto (c.t. 'Visual Dictionary') emendo noli dubitare: eme, et sic habeto, summam pecuniariam eandem fere esse, quam stipem annuam pro anno 2019 eras Academiae soluturus: proinde eme librum tuis nummis, et nos in albo sodalium ALF pro hoc anno 2019 ita scribemus, te stipem annuam solvisse. Nonne hoc modo res commode et facillume ad effectum perducetur? Ceterum datothecas istas avide expecto, quamvis alia me officia nunc avocent ab opere isto, cuius particulam tantum vocabulorum musicorum adhuc perlegi; cetera diligenter pervolvam proximis, uti spero, diebus. Tu vero toto hoc anno valeas athletice, ut vires tibi sufficient tantopere laboranti! Iterum vale!

Nicolaus Theoderico s.

Gratias plurimas tibi ago, praeses optime, pro ratione *Dictionarii visualis* emendi prudenter atque commodè statutâ. Hodie accipies Epistulam Leoninam 186, cui inest index vocabulorum Orbis Picti prolixus (praecipuê ibi tracto nomina linguarum). Archîa (angl. *files*), quibus insunt vocabula Orbis Picti iam tractata, mox mittam. Ceterum *Victorius Ciarrochi* benignê me certiorem fecit se quoque paratum esse ad Orbem Pictum revidendum. Haec hactenus, mox certê plura. Medullitus te salutat Nicolaus Leo Latinus.

Theodericus Nicolao suo s.d.p.

Tandem aliquando verba abs te proposita paulo diligentius inspexi. Laudo vehementer quod tam multos fontes, lexica, aliaque opera consulere soles. Neque sine gaudio vidi hic illic verba abs te esse allata quae Hadrianus quoque ille Junius in *Nomenclatorem* congesserat. Ardua admodum est res ista, ut tibi lexicon componenti, ita mihi verborum classes legenti ac pendentri, quippe qui sim in re musica usque adeo hospes, ut vocabula nonnulla tam Theotisce et

Gallice quam Latine parum mihi perspicua maneant, vix intellegenti quibus de rebus agatur. Nihilo minus hic illic habui quae cum aliqua verecundia adnotarem, parva illa quidem, in quibus conquirendis utilia mihi fuere opera Bacci, Mariucci, Mir. Tu videris quid his de observatiunculis sentiendum. Legi etiam quae Danihel Blanchard et ad te et ad me: acu rem ille tetigit, cum dixit alia multa esse quae nominibus suis carerent; sed video eiusmodi congeriem amplissimam esse tibi in aliud tempus differendam; nunc vero efficiendum ut Orbis ille pictus Latine convertatur. Maurus quoque Agosto nonnulla adnotabat: eorum indicem ad te nulla interposita mora sum missurus. Vir hic Latinissimus iusto iure contendit permulta iam extare nomina Latina eaque ab oblivione esse vindicanda, atque ipsa esse undecumque expiscanda; at me non latet sesenta esse opera, quae adhuc lateant interdum, aditu difficilia; non unum virum haec omnia reperire atque perscrutari posse; consociandam esse operam ut alii alia opera diligentissime excutiant; sed dum Morica illa Utopia longissime abest, progrediendum est quodammodo; utinam multi viri dignentur opera recentiora, Latina, vix nota in manus sumere, atque ex eisdem elenchos componere verborum, quae apud veteres desiderantur! Talis mihi quidem opera arridet; ast idem bene mihi sum conscientius quam paucos libros intra complures annos eo modo excutere valeam. Sed quo abripior? Macte tu esto, qui tanta sis industria tantaque peritia! Vale optime!

p. 2 Loge: spectaculum altum. An etiam tabulatum/tabulatio, ut apud Mariuccium?

p. 2 Scheinwerfer: proponit Bacci: lampas potentissima

p. 2 Regieraum: diaeta moderandi. An etiam cella moderandi?

p. 2 Bar: potatrina (haec vox mihi displicet admodum!). Quidni appelles tabernam potoriam (ita etiam Bacci).

p. 2 Akkordeon: Bacci etiam habet: physharmonicum instrumentum vel organum

p. 2 Knopf: hic illic legi globulos, globulos ferreos, rotulas

p. 3 Griffbrett: chordarium. Hoc vero mihi non liquet, utrum semper agatur de chordis necne. Apud Baccium etiam invenitur malleolorum series

p. 3 Mandoline: pandurula legitur apud Mariuccium

p. 5 Hilfslinie: linea additionalis. Quid de linea additicia?

p. 10 Notenständer: an etiam anagnosterium, vel pluteus anagnosticus (cfr. Bacci)?

p. 13 Flügel: an etiam clavicinium alatum, clavicymbalum alatum, plectrocymbalum alatum? Ceterum legi apud Janum Novacum musurgum 'clavicymbalum' aliaque id genus spernenda esse si quis 'pianoforte' indicare vellet; satis esse 'claves' appellare.

p. 13 Geige: quid vero de fidibus?

p. 14 Jazzband. Apud Mariuccium et Eggerum legitur 'iazensis, iazicus'.

p. 16 Resonanzkörper: capsula resonantiae. Ast alibi (p. 4 et p. 5) scripsisti corpus resonantiae. Ceterum mihi nescio cur magis arridet capsula resonantiae.

p. 17 Anschlussbuchse: capsula adjunctiva. Mecum anquiro sitne satis perspicua ea iunctura verborum.

p. 24 Dreifusständer: tripes. Nonne tripus? (nonne tripes est vas fictile tribus insignitum pedibus?)

p. 27 Sampler: an 'exemplarium specimen' (cfr. Bacci)?

Nicolaus Theoderico s.

Modo tibi miseram epistolium, nunc accepi novam tui. Gratias plurimas et tibi et Mauro! De singulis universis tibi scribam proximam occasiunculam nactus. Semper vale, Nicolaus.

ECHUS VOCES EPISTULAS LATINAS

**QUAE SUNT DOCUMENTA
LATINITATIS VIVAE
SAECULI VICESIMI PRIMI
SINGULARIA**

COLLEGIT ET EDIDIT



LEO LATINUS

ECCE LIBRI LEONIS LATINI

Permitas, quaeso, ut nuntium adiungam minus gratum: pretia discorum, qui a Leone Latino praebentur vendendi, ex decennio (sic!) non exaucta - proh dolor – nunc valdē augenda sunt (denis euronibus). Interim enim cum pretia materiarum quoque multo exaucta sint, tum praecipue disci libellique discis subiungendi non conficiuntur neque involvuntur nisi magno cum labore.

Restat, ut afferam titulos pretiaque librorum typis impressorum, qui hōc tempore apud Leonem Latinum prostant venales:

- | | |
|---|---------|
| 1) CRABATUS (Otfried Preußler, Krabat)..... | 49,00 € |
| 2) FRAGRANTIA (Patrick Süskind, Das Parfum)..... | 42,00 € |
| 3) RECITATOR (Bernhard Schlink, Der Vorleser)..... | 45,00 € |
| 4) HOTZENPLOTZIUS (Otfried Preußler, Der Räuber Hotzenplotz)..... | 25,00 € |
| 5) ARANEA NIGRA (Jeremias Gotthelf, Die schwarze Spinne)..... | 22,00 € |

PARVUS NICOLAUS (René Goscinny, Le Petit Nicolas) non éditur in domunculâ Leonis Latini, sed in Aedibus Turicensibus, quae appellantur «Diogenes».

GLOSSARIUM FRAGRANTIAE et PERICULA BARONIS MYNCHUSANI – proh dolor! – sunt divendita. Utinam nobis contingat, ut aliquando edantur iteratis curis.

Habeas nos excusatos, quod situm interretiale (i.e. anglicê »website« nondum restauravimus novaque pretia ibidem nondum indicavimus.

Ceterum, cara Lectrix, care Lector, bene scias oportet Leonem Latinum non esse megalopolium, quo – ut ita dicam - rapidissimē eiectantur multae myriades librorum vilissimae, sed domunculam potius virtualem quam realem, in qua creantur κειμήλια, id est res parvae et rarae et carae. Res parvae enim sunt disci compacti aut libelli typis editi palmares; rarae sunt editiones, quae centuriam tantum complectantur exemplorum; carae sunt hae res omnes, quia cordi sunt Leoni Latino recordanti horas illas innumeratas, quibus operam dedit illis creandis.

Cara Lectrix, care Lector, utinam omne opusculum a Leone Latino confectum sit Tibi KTHMA EIΣ AEI.

INDEX DISCORUM LEONIS LATINI

| NR . | Num. mand a- telae | ISBN | TITULUS | AUCTOR | TRANS- LATOR | ANNUS | FORMA | AMPLI- TUDO | PRE- TIUM |
|---------|-----------------------------|-------------------|--|----------------------------|-----------------|-------|------------|----------------|--------------|
| 1 | 00104 | 978-3-938905-00-5 | FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA | Anonymus (Old Indian) | Nikolaus Gross | 2004 | CD-ROM pdf | 7 pp. | € 17,90 |
| 2 | 00104 A | 978-3-938905-15-9 | FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA – Libri audibles | Anonymus (Old Indian) | Nikolaus Gross | 2005 | Audio | 21 min. | € 22,90 |
| 3 | 00204 | 978-3-938905-01-2 | TRES FABULAE EDGARII ALLANI POE: CATTUS NIGER - RANUNCULUS - PUTEUS ET PENDULUM | Edgar Allan Poe | Nikolaus Gross | 2004 | CD-ROM pdf | 33 pp. | € 27,50 |
| 4 | 00304 | 978-3-938905-02-9 | ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE | Heinrich von Kleist | Nikolaus Gross | 2004 | CD-ROM pdf | 6 pp. | € 17,90 |
| 5 | 00304 A | 978-3-938905-16-6 | ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE – Libri audibles | Heinrich von Kleist | Nikolaus Gross | 2004 | Audio | 6 min. | € 20,90 |
| 6 | 00404 | 978-3-938905-03-6 | MEMENTO MORI | Alexander Saxon | Nikolaus Gross | 2004 | CD-ROM pdf | 7 pp. | € 17,90 |
| 7 | 00404 A | 978-3-938905-17-3 | MEMENTO MORI – Libri audibles | Alexander Saxon | Nikolaus Gross | 2005 | Audio | 20 min. | € 21,90 |
| 8 | 00504 | 978-3-938905-04-3 | DE CRAMBAMBULO | Marie von Ebner-Eschenbach | Nikolaus Gross | 2004 | CD-ROM pdf | 14 pp. | € 19,50 |
| 9 | 00604 | 978-3-938905-05-0 | DE DINOSAURIS | Nikolaus Gross | ----- | 2004 | CD-ROM pdf | 16 pp. | € 19,00 |
| 10 | 00704 | 978-3-938905-06-7 | SUDATORIUM VENERIS | Diogenes Anaedoeus | ----- | 2004 | CD-ROM pdf | 11 pp. | € 19,50 |
| 11 | 00804 | 978-3-938905-07-4 | PERICULUM FRANCISCI | Diogenes Anaedoeus | ----- | 2004 | CD-ROM pdf | 7 pp. | € 17,90 |
| 12 | 00904 | 978-3-938905-08-1 | NUPTIAE ABDERITANAЕ | Bertolt Brecht | Nikolaus Gross | 2004 | CD-ROM pdf | 21 pp. | € 22,00 |
| 13 | 01004 | 978-3-938905- | TESTAMENTUM REYNERI BERLBYN | Henricus van den | ----- | 2004 | CD-ROM | 7 pp. | € 17,50 |

| | | | | | | | | | |
|----|--------|-------------------|--|-------------------------------|----------------|------|---------------|---------|---------|
| | | 09-8 | | Lande de Raelt | | | pdf | | |
| 14 | 01104 | 978-3-938905-10-4 | DE SANCTO NICOLAO DEQUE VIRO NATALICIO | Nikolaus Gross | ----- | 2004 | CD-ROM | 21 pp. | € 22,00 |
| 15 | 01204 | 978-3-938905-11-1 | FABELLAE GRIMMIAE 1 | Jacob Grimm/ Wilhelm Grimm | Nikolaus Gross | 2004 | CD-ROM pdf | 28 pp. | € 24,90 |
| 16 | 00105 | 978-3-938905-12-8 | ROMULUS MAGNUS | Friedrich Dürrenma tt | Nikolaus Gross | 2005 | CD-ROM pdf | 49 pp. | € 31,90 |
| 17 | 00205 | 978-3-938905-13-5 | DE THILO CUSTODE FERRIVIAE | Gerhart Hauptman n | Nikolaus Gross | 2005 | CD-ROM pdf | 28 pp. | € 24,90 |
| 18 | 00305 | 978-3-938905-14-2 | HISTORIA AGATHONIS (LIB.1) | Christoph Martin Wieland | Nikolaus Gross | 2005 | CD-ROM pdf | 15 pp. | € 19,50 |
| 19 | 00405 | 978-3-938905-19-7 | WERTHER IUVENIS QUAE PASSUS SIT | Johann Wolfgang von Goethe | Nikolaus Gross | 2005 | CD-ROM pdf | 82 pp. | € 38,90 |
| 20 | 00505A | 978-3-938905-22-7 | CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 1 – Libri audibles | M.T. Cicero | ----- | 2005 | Audio | 40 min. | € 21,90 |
| 21 | 00605A | 978-3-938905-18-0 | SOMNIUM SCIPIONIS A CICERONE SCRIPTUM – Libri audibles | M.T. Cicero | ----- | 2005 | Audio | 30 min. | € 20,90 |
| 22 | 00705A | 978-3-938905-23-4 | CAESARIS BELLUM GALLICUM 1 – Libri audibles | C.I. Caesar | ----- | 2005 | Audio | 55 min. | € 22,90 |
| 23 | 00106 | 978-3-938905-21-0 | AUTOBIOGRAPHIAE LATINAE | Nikolaus Gross | ----- | 2006 | CD-ROM pdf | 87 pp. | € 48,00 |
| 24 | 00206 | 978-3-938905-20-3 | DISQUISITIO CHEMICA ACIDULARUM BERGENSIUM ET GOEPINGENSIMUM | Karl Friedrich Kielmeyer | Nikolaus Gross | 2006 | CD-ROM pdf | 66 pp. | € 38,00 |
| 25 | 00306A | 978-3-938905-24-1 | CAESARIS BELLUM GALLICUM 2 – Libri audibles | C.I. Caesar | ----- | 2006 | Audio | 61 min. | € 22,90 |
| 26 | 00406A | 978-3-938905-25-8 | CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 2 – Libri audibles | M.T. Cicero | ----- | 2006 | Audio | 41 min. | € 21,90 |
| 27 | 00506A | 978-3-938905-26-5 | EPISTULAE A SENECA AD LUCILIUM SCRIPTAE 1 – Libri audibles | L.A. Seneca | ----- | 2006 | Audio (2 CDs) | 88 min. | € 27,90 |
| 28 | 00107A | 978-3-938905-27-2 | ASINUS AUREUS AB APULEIO SCRIPTUS | Apuleius | ----- -- | 2007 | Audio | 55 min. | € 23,90 |

| | | | | | | | | | |
|----|------------|---------------------------|--|-------------------------------------|-------------------|------|-------------------|---------|---------|
| 29 | 00207 A | 978-3- 938905-28- 9 | OBSIDIO SAGUNTI A T.LIVIO DESCRIPTA | Livius | _____ | 2007 | Audio | 53 min. | € 23,90 |
| 30 | 00307 | 978-3- 938905-29- 6 | FABELLAE GRIMMIANAE II | Jacob Grimm/ Wilhelm Grimm | Nikolaus Gross | 2007 | CD- ROM pdf | 58 pp. | € 32,90 |




CARA LECTRIX, CARE LECTOR, BENE VALE,

USQUE AD SEPTIMANAM PROXIMAM !

HANC EPISTULAM LEONINAM

CENTESIMAM OCTOGESIMAM SEXTAM

SENDEN IN OPPIDULO BAVARIAE SUEBICAE PERFECIT



Die Dominicâ, 13. m.Ian. a.2019

Nicolaus Groß

Sodalis Academiae Latinitati Fovendae



LEO LATINUS

<http://www.leolatinus.de/>